An vero in eâdem proportione, dubitatur. Sit ut in sinibus CE, BF, AI aequales: et sit ut BF ad FC, sic FG ad IH. An ergo etiam ut BF ad FA, sic FG ad ED? Tunc igitur esset ut BF ad FG, sic CF ad IH et AF ad ED. Igitur ordine inverso, ut CF, BF, AF ita IH, FG, ED. Nihil absurdi sequitur. Nam non ideò necessariò CF, BF, AF proportionales sunt, quare neque IH, FG. ED. Sit BF 10000000. FG. 1000000 sc: gr: 5°44′21.

Ergo GFB. 84°15′39″. Et GB 9949894. Sit BC 2000000.

Erit GC 11949894. Tangens. 85.12.59$\frac{1}{3}$, cujus secans est 1191902 FC.

50367

Si BF dat FG$\frac{1}{10}$, CF dabit IH 1199190 quod subtendit gr. 6°53′. Est autem ut IH ad IA, sic GF ad FA. Sicut ergo FG ad IH sic AF ad BF vel AI.

Et est ut DE ad EC vel FB, sic GF ad FC, quare sicut ED ad FG, sic BF ad FC. Sicut ergo AF, BC, CF sic FG, IH.

ED, FG.

[a] *Nenner 100 fehlt*

Finge BF, FG aequales: et IH aequalem CF, ED vero aequalem AF. Ergo ut HI ad IA, sic GF ad FA. CF ad FB, sic FB ad ED. Patet propositum in sinibus, nescio an valeat, si multa EC conjungamus. Statim error patescet, si quater quaesita media proportionalis non faciat 360. Sed tamen prius proba in numeris levioribus.

Sit totus 60, partes 20 15 12 13
30 20 6 4

[√ 600 √ 300 √ 72 √ 52] 24
17
8
5
54
56 ad.
Summum.

√ 600 | 300 | 72 | 52
400 | 24 24/49 | 200 | 17 11/35 | 64 | 8 8/17 | 49 | 7 3/15
200 | 2 | 8 | 3
176 | 189
24 | 11

Vides refutari nos ante experimentum. Et omnino esse non potest. Nam medium arithmeticum sic est comparatum. Geometricum igitur semper minus quam 60 efficit ut 25.17½ 9. 8½ Summa 60.'

Considera igitur aliter, quomodo visionis angulus adhiberi queat, arcus temporis et ipsius arcus visionis quantitas simul ostendunt ejus a centro visionis distantiam. Si angulus visionis esset in circumferentia, dimidium esset centralis, distantia verò dupla. Itaque si haberet mediocris distantia 2 scrupula, viderentur 1 et durarent 4. Scrupula inquam apogaei. Et hoc semper verum, quod ut mediocris distantia ad scrupulum visionis, sic distantia longior ad scrupulum mediocris distantiae. Nam ut CE vel BF ad ED, sic CF ad FG. At simul etiam ut BF ad FG, sic CF ad IH ex hypothesi. Ergo permixtim ut BF ad CF, sic ED ad FG, et ut BF ad CF, sic FG ad IH. Haec invicta demonstratio est, continue proportionales esse ED, FG, IH. Superest hoc saltem, ut quaeratur, quid varietur, ubi multas hujusmodi distantias conjunxerimus. Nam IH quidem hic assumo, non ut quilibet sinus esse possit, sed pro mensura temporis, quae non est in sinu, sed in arcu. Nisi quis dicat, simul etiam ex FG et ED fieri sinus, et sic tolli hanc turbam, sed illi vicissim respondetur, quod non sint sinus in proportione arcuum. *XIV, 310 (441)*

Colligantur aliquot numeri proportionales ut appareat, an proportionales maneant et summae, si medium proportionale habent eandem semper dimensionem.

30. 60.120.
40. 60. 90
45. 60. 80
48. 60. 75
50. 60. 72
213.300.437.

Vides non manere proportionem eandem in aliqua collecta summâ.

An igitur horum, ut gradum sinus 3°33′, 5°0′, 7°17.

619196 — 871557 — 1267761
871557
{...}
759611604249
619196
{...}

300
90000 | 422
213
{...}

122 minimè.

Considerandum si ita est, at semper sint proportionales, quomodo fieri possit, ut ex omnibus junctis restituatur circulus. Respondet. Verum idem est tamen, ubi circulus in infinita puncta dividitur, ubi medium arithmeticum et geometricum coincidunt.

Videtur consilium nullum suppetere quomodo ex *ακρονυχίοις* explorari possit nego-

cium. Rectius fortasse agemus, ut in ☿, si ex aliquot distantijs discamus circulum ejusque apogaeum. Sed requirit cognitionem distantiarum ⊕.


Considerandum quare interdum valeat acervatio, interdum non.

Ut	60 dat 120	quid	30	60	Ratio quia hic duo termini
	60 120		40	80	manent ijdem et est pro-
	60 120		45	90	portio disjuncta.
	180 dat 360		115.	230	

An et illa proportio disjungi possit?'

XIV, 310v Si diceremus. Arcus temporis mensurans summam distantiarum dat tantum arcum eccentrici, quid arcus eccentrici.

Consilium summum et extremum.



Construe tabulam aequationis pro quolibet planeta ad vicinos centenarios eccentricitatis, ut pro Sole ad 1800. 1900. 2000. 2100. 2200. 2300. 2400. Pro ♂ ad 9000. 9100. 9200. 9300. 9400. Et applica situs *ακρονυχιους*.

Quaere super hac re compendium, an non ex unâ tabella possint facili opere derivari aliae.

Prius in simplici eccentricitate. Ut AB eccentricitas tota ad AC aliam totam et majorem, sic BF sinus partialis ad CG sinum partialis majoris. Caeterum si sint tangentes, arcus CH versus HG major erit, quàm arcus CB versus CA. Quaeritur quantò major sit futurus in eccentricitate 10000? Considerabimus. Sit DA vel EA 100000. Et sit AB 10000, BC verò 1000. Erit BDA 5°42′40″. CDA verò 6° 16′38″. Ergò BDC 34′0. Jam BC est pars decima de BA. Et si hi arcus non habent eandem proportionem, differentia hic est maxima. Nam infra evanescit. Divide 5. 42. 40 in 10, prodeunt 34′15″. Ecce sola quarta minuti pars deest. Itaque tantum ad 10000 et ad 1000 et ad 100 et ad 10 extruatur.

At jam porrò non video compendium ullum. Distantiae initio tardè decrescunt. Acervatur igitur initio aequatio multum. Tentandum mechanicè quomodo comparandum centrum aequantis. Sed hoc etiam apparet, ut sinus 10000 ad sinum 1000, ita collectio sinuum longorum ad collectionem sinuum brevium. Quare etiam haec pars aequationis est proportionalis eccentricitati. Sed tertiò excessus verae distantiae supra compositum radium proportionalis non est eccentricitati. Vide quanta ea sit differentia in distantia ab apogaeo 45° radij eccentrici. Est radius prolongatus 107071, iterum 100707.

$$\frac{7071}{10707} = 6604 \qquad \frac{7071068}{100707} = 702$$

$$3°46'42'' \qquad 0.\ 24.\ 8$$


$$10021800.\ 107071 = 107304{,}41 \qquad 10000250.\ 100707 = 100709{,}5$$

$$\frac{7071}{233\frac{1}{2}} \qquad \text{Pro } \tfrac{1}{10} \text{ est pars } \tfrac{1}{100}.' \qquad \frac{707}{2\frac{1}{2}}$$

De Telluris motionibus.


XIV, 311 (443)

Quatuor variari deprehenduntur: 1. altitudines polorum, 2. obliquitas eclipticae, 3. latitudines stellarum, 4. aequinoctia et solstitia. Videndum quae quibus cohaereant et ex eâdem causâ manent. Jam pridem Copernicus inaequalitatem praecessionis duplam esse dixit ad variationem obliquitatis. Tycho latitudinum variationem vidit habere respectum ad obliquitatis variationem. Latitudines variari nequeunt, nisi concesso motu Solis in latum et posita mediâ quadam ecliptica. Quod si nulla esset aequinoctiorum praeces-



sio, aequator per easdem fixas iret semper et inclinaretur axis Terrae in solstitijs inaequaliter, in aequinoctijs aequaliter. Limes maximae latitudinis ☉ esset circa aequinoctia, nodi circa solstitia. Limes movetur in circulo minori estque semper in aequali distantia ab ecliptica mediâ ejusque polo, nodi verò translati per eclipticam mediam faciunt, ut idem locus eclipticae verae (puta in praesentia principium Cancri) magis minusve distet[1] ab ecliptica media. At cum axis Terrae, ut jam posuimus, eandem semper fixam spectet, itaque eclipticae mediae et aequatoris poli semper eandem retineant distantiam (verticitate Telluris, ut ait Gulielmus Anglus, quae non est animale quippiam, invariabili existente), fit ut alia atque alia in solstitijs fiat inclinatio. Haec ita bene habent. Interim autem variantur solstitia. Variationem hanc sic imaginemur. Tellurem fingamus jam in plano eclipticae immobilem, inque eâ punctum eclipticae mediae polo respondens, a quo numeratis gradibus 23°42′, scilicet obliquitatis mediae, et illo centro scribatur circulus minor respondens polari, in quo fingamus circumagi polum Terrae. Quod si polus Terrae centrum mundi respicit, tunc in illo loco eclipticae, quod determinatur per fixam, est solstitium. Sin autem axis Terrae et linea connectens centra mundi et Telluris sese secuerint ad angulos rectos, tunc ibi est aequinoctium.


Est verò animus, latitudinis locorum variationem in hanc quoque causam referre. Itaque esto ut non idem locus Terrae in supradicto circello volvatur, sed potius poli seu conversionis vis loca Terrae subjacentia illi circello peragret. Nam polus et verticitas non sunt unum et idem. Polus est a vi animali, verticitas est a forma. Itaque sit quidem hoc, ut verticitas et polus in principio mundi fuerint eodem loco conjuncti. Cum igitur annis 76 fixae gradum conficiant: quod annis 5600 | 74° ferè
76
(...)




Ergo totidem gradibus illius circelli distabunt hodie verticitas et polus. Quaeritur, quantus sit futuras arcus circuli magni. Dimidium 74 est 37. Sinus paulo major 600 000, qualium CD 100 000. At qualium AB 100 000, talium CD 40 000 circiter, erit paulo plus. Ergo talium sinus ille 24 000, cujus arcus 14 paulò minus. Duplum 28°. Tantus esset arcus circuli magni Telluris. Cum tamen ex magnetis indicatione verticitas et polus non 7° gradibus distent hodie. Et Maria dicit latitudines a Ptolemaeo ad nos decrevisse in Italia per 1°10′. Id esset in meridiano naturali ad summum 1.30 [1] idque in circulo magno; sit sanè in suo minori gr: 2° per annos 1300 vel 1400. Si 1400 dat 2 quid, $\frac{5600}{28}$ sequitur non plus 8°. Haec itaque conciliari non possunt. Nisi forte ex confusione utriusque causae implicari et haec latitudinum locorum variatio possit. * *XIV, 311ᵛ*

Ex hypothesibus huic negocio necessarij sequitur etiam aliqua anticipatioris aequinoctiorum inaequalitas. Sit GBDE[a]C ecliptica media, HADFC vera. [...] Sunt GN, CM, FL, DK situs axis Terrae aequinoctiales. Erunt igitur ID, EF, OC, HG aequinoctialia puncta, F boreus limes, G austrinus. Si in plano aequatoris ducatur ex solstitiali aequatoris puncto perpendicularis axi ID, EF, OC, HG, sunt planum HGN, OCM, EFL, IDK contingit eclipticam veram, non quidem in unâ revolutione sed cum annuatim id planum circum volutum non varietur situ, sed bis tantum eclipticam contingat in o ♈, o ♎, bis rectè secet in o ♋, o ♑ (quo motu, ut in schemate secundo vides, idem

[1] *Kepler* distent
[a] *Kepler* F



semper manet sectionis angulus, et qui cum vera et qui cum media ecliptica, ita ut hic axis Terrae dici possit ratione suae verticitatis mediam eclipticam respicere), exacto tamen anno non amplius in D contingit veram eclipticam⟨m⟩, sed anterius in P, interea centrum quidem per viam DPF rapitur, axis verò verticitas eclipticam mediam DE respicit. Ita respicit et non respicit. Non est igitur vis magnetica sed annualis. Ergo cum in limite est aequinoctium, obliquitas, quae quadrante ab aequinoctio, sc: in limite censetur, est maxima. Ita vel quiescente nodo tamen accidit mutatio obliquitatis ex sola praecessione. Sed non mutantur stellarum latitudines nec variatur ipsa praecessio. Nodis vero progredientibus, stellarum latitudines prope nodos variantur. Et tunc quaecunque pars anni, in nodos competit, fit in uno nodo longior annus ab eo termino, in altero brevior, parte interim, quadrante distante mediam anni longitudine definiente. Jam quia inde a Ptolemaeo solstitiales stellae latitudinem mutarunt, ergo nos inter et Ptolemaeum solstitia in nodis confecta sunt. Ergo nos inter et Ptolemaeum aliquando annus immodicus fuit a solstitio in solstitium, mediocris ab aequinoctio in aequinoctium. Ergo circa tempora Ptolemaei longus, circa nostra *XIV, 312 (445)* vel brevis vel jam iterum et mediocris. ' Sed erro in eo, quod aequinoctium in nodo fieri puto cum id fiat sine respectu eclipticae. Igitur hoc modo rejecto, alium fingamus. Cum axis Terrae translata inclinatione mediam eclipticam inclinatione respiciat, credibile est et motu transferendae inclinationis id facere, etsi centrum aliam viam ducitur. Igitur praecessio aequinoctiorum accidat in zodiaco medio. Tunc solstitialia puncta vera et media erunt simul et in nodis et limitibus, immodica in locis intermedijs. At aequinoctialia in limitibus, mediocria (nam in limitibus aggregatum dierum facit maximum excessum), in nodis exorbitantia.



Dimensio difficilis et rem prodit. Nam non totum declinationis decrementum, sed exiguum quiddam de eo latitudini demendum est. Nota ergo: Duo esse, mutari latitudines et mutatas esse. Haec supra non benè distincta sunt. Quae prope limites sunt, tum sane non mutant latitudinem, at mutatam maximè ostendunt, cum econtra quae prope nodos, in actu sint mutationis perexiguae pro tempore unius anni, sed maximae in comparatione ad alias mutationes. Et dimidiam variationem ostendere tantum possunt. Ita omnes stellae successu nodorum per circulum, mutationem subeunt. Itaque cum sint 20 sc: variationis obl: erunt 10′ lat. max. borea et austrina. Dantur pro excessu saeculorum quadrantis latitudinis BC totus, BCA 10′. ABC 23°42′45″. Ergo 9 sc: veniunt. Duplum 18. Horae 7, quibus excedit summa longiorum summam breviorum causâ hujus inaequalitatis. Intellige autem C in superficie sphaericâ, D in centro, et sit DCB rectilineum CDB rectus. DCB 10′. DBC 89°50′. Sed ABC 23.42.45.



	23.42.45	225 885	247 055
Ergo DBA	66. 7.15.	291	291
Et DAB 23. 52. 45. Si CD totus DB tanget DCB,		{...}	{...}
eritque 291. Hoc si fiat ex 100 000, quid fit ex		657 DA	719 BA
tangente et secante DBA.		Subtendit 0.22′34″	0.24.44.

Videtur DA mensura hujus inaequalitatis. Sectio BAD incedit per DC aequaliter, tardè ergo in BC vel in vera ecliptica incedet B punctum aequinoctij. Duplum DA est 0°45′8″. Quem arcum Sol conficit horis octodecim. Est autem is non revera DA, sed ei respondens in BC. Quod si major est inclinationis variatio, haec quoque varietas augebitur. Si[1] 20 dant 45, ergo 27 dabunt 60, qui jam est unius diei motus. ⟨Hinc⟩ fere Copernicus et alij 24[1]. Solstitialium ' punctorum variationem oportet determinare, quanta *XIV, 312ᵛ* maxima sit in locis medijs inter nodos et limites.

Adhuc ergo tria sumuntur: 1. Latitudinis Solis variatio, quod nihil novi est, cum e sex sphaeris quinque reliquae ut et Luna hanc habeant. 2. Inclinationis axis ⊕ per mediam eclipticam aequalis translatio. 3. Virtutis polaris e locis Terrae migratio, quae duo novum quid videntur, quia simile quid de stellis caeteris nescimus, cùm etsi talia sint in ijs, nobis non pateant. Et cum omnia mutentur alia, haec quoque mutari consentaneum est. Non tamen negarim tertium in secundum fortasse referri posse. Igitur ex primo sequitur, stellas mutare latitudinem, variari obliquitatem zodiaci. Ex primo et secundo sequitur, praecessio aequinoctiorum et variatio sive inaequalitas praecessionis: quatuor ex duobus. Et nota, videri quidem posse absurdum, sectionem seu medium aequinoctium aequaliter incedere per mediam eclipticam, cum centrum axis aequaliter volvatur per veram. At non esse absurdum. Nam dum supra posui polum Terrae sub circulo polari circa mediam eclipticam sito volvi (quae est inclinationis translatio), videor necessitatem hujus sequelae induxisse. Si enim aequaliter circa polum mediae volvitur, inaequaliter igitur circa polum verae. Causa[2] volutionis est fortassis eadem ut in planetis causa motus nodorum et apogaeorum: ut sc: ex puncto successu saeculorum fiat circulus. Nam cum figurata esse conveniat omnia, motus lineae rationem habeat, duratio ipsa motui figuram conciliat planè ut in physicis motus, durando speciem praebet subsistentiae, quae ei unius respectu momenti nulla inest. Ita et animalium propagatio facit ad speciei conservationem. Ita quod unus non potest mutuis operis efficimus, cum ita condita sit humana mens, ut rerum notitiam capiat. Quod igitur solitariae est impossibile, saeculorum traditionibus tandem superatur. Omnium igitur quasi una mens est, cujus partem Ptolemaeus, meliorem nos possidemus. '

De Theoria Solis

XIV, 313 (447)

Inquisitio aequantis quatuor modis administratur. Primò ex proprijs Soli 4 observationibus. 2. Ex alioquot observationibus Martis in eodem loco sui eccentrici. 3. Ex differentia aphelij et apogaei Martialis. 4. Ex aliquot observationibus Veneris in eodem loco ejus eccentrici habitis. Quinto per lat: ☌.


De primo. Sumemus 4 observationes, ex quibus Tycho theoriam Solis extruxit sine aequante. Illae prima fronte jam suspicionem praebent aequantis. Nam discrepant in effectu, sc: in apogaeo et eccentricitate, quod proportionaliter etiam in Marte fieri experimento mihi constat. Nam eccentricitas ex ♉ est 358 510

Sic tangens prior	12 137 866	ex ♌	358 450
	0970	differentia	60
7 192 fit 60 quid	6896		
	413 760 |	Hinc apogaeum	5°30′57½ ♋
	7192 | 57½	differentia	4.58⅝
	{...} |		

[1-1] *am Rand*


[2] *am Rand* NB.

tangens posterior	8 263 017	39°34′1⅛″.	
	2925	Hinc ap:	5.25.58⅞ ♋
	92		2.29.2⅛
4 896 dat 60 quid	5520 |		5.28.28 3/10
	4896 | 1⅛		
	{…} |		




Nec est ut exilitatem quis nobis objiciat. Nam etiamsi ponatur aequans, differentiam tamen prosthaphaereseon, quae maxima est, facit non majorem 1′10″.

Assumemus ergo medium apogaeum in 5°28′28″.



Erit GBH	95°28′28″	Sit A centrum DEFG, B centrum visus.
HBD	84.31.32	
estque GBF	45. 0. 0	
FBE	90. 0. 0	
EBD	45. 0. 0	
erit FBH	50.28.28	
HBE	39.31.32	



Cumque DA, AG sint aequales et ABD minor quam ABG, erit ergo major DB quam BG, quo pacto fiet, ut et DCB major sit quam BCG. Qui quomodo dividendus sit, non aequè constat. Est quidem motus DCG 175.54.36 et manet necessariò in linea BH, in qua si ultra C ascendat, minuetur, si descendat, augebitur. Necessarium est ergo punctum C.

DBH	84.31.32	et centra GBH	95.28.28
compl.	95.28.28	compl.	84.31.32

Nihil nos juvat, posset DCG variari in circuli segmento infinities et semper ex C

demiori aliqua, parallelus ipsi CB, pone DCG proportionaliter divisam ut DBC, CBG inversè; positione opus est.[1]

180 dat 5.28.28, quid 175.54.36

per 6 5.28.28
1055.27.36

subtrahe $\frac{1}{2}$ 87.57.18
967.30.18

et $\frac{1}{60}$ 2.55.54.36
964.34.23.24

et $\frac{1}{120}$ 1.27.57.18
963. 6.26. 6

et hujus $\frac{1}{15}$ 5.51.29
963. 0.34.17

5° 900
21′ 63.
0″
11‴ hoc ponatur

BCG 82.36.28
84.31.32
BGC 1.55.14
BCD 93.18.18
95.28.28
BDC 2.10.10

XIV, 313v

Cum ergo dimidium sc: 175.54.36 sit 87°57′18″
subt. 5.21
82.36.18 BCG
add. 93.18.18 DCB
86.41.42


Sit CB 2000.

Si 335 137 sinus BGC fit 2000, quid sinus BCG 9 916 824 000 | 29 590
3 351 37
{...}

Si sinus BDC 378 355 fit quid sinus BCD. 59 181 BG
52 772 BD
111 953 GD

9 983 369 000 | 26 386
3 783 55
{...}

Assumptio enormis admodum est, in qua BD revera longior, fit tamen brevior. Juvatur aequatione majore angulorum BCG, BCD.



Haec alias possunt pertexi. Nunc consideremus modum ex propositis tertium. Apogaeum illorum fuit 24.40 ♌. Mihi est aphelium 28.54 ♌.

Sit ☉ 5.30 ♋ 5.30
58.54 54.40
DBC 53.24 49.10 DAC

Sit D ☉, B centrum eccentrici ⊕, A centrum aequantis ⊕. C centrum aequantis ♂. Erit ergo BCA 4.14. Est CD 18 562. Et DA 3 584. Et CA 20 500 circiter. Vide primo an ex CA, AD, CAD sequatur CD ut posuimus.

20 500 3 584 24 084 12 042 8 458

DAC 49.10 130.50 65.25 281 587 8 458
{...}

56.55.20 65.25. 0 DCA 8.29.40

1 848 808 846 | 153 560
1 204 2
{...}

75 661 3584
{...}
271 169 024 | 18 357
14772
{...}

Ecce parum deest.
Prodit enim 18 357
pro 18 562
205 differentia
Sat tuta igitur operatio.


[...] Nescio qui fiat, ut tam prope verum veniatur, cum multi sint errores.

Puto me CA nimis brevem assumpsisse. Nam si bene meminis, statuerunt 20 570.

Sit ergò DCA 8.29. 0
BCA 4.14
DCB 4.15

Quia ergo ferè bisecatur angulus, ergo proportio DB ad BA est ferè ut DC ad CA, sc: ut 18 562 ad 20 570 et quia paulò major DCB. (si modo justè operatio. Paulo igitur major et DB. Vides igitur etiam hoc pacto propemodum bisecari DA in B.[1]

XIV, 314 (449) Tenta et modum quintum. Limes boreus 17.43.30 ♌
nodus 18.31. 0
47.30
sinus 1382.



Experientia haec testaretur potius intersectionem fieri in loco ☉ medio: Oportet ad hos dies 4 Jan. et 28 dec: inquirere locum ♂ ex correcta eccentr: et apogaeo.

Consideremus modum superiorem tertium accuratius. Anno 1591 aphelium meum est in 28.53.55 ♌. Christiani apogaeum in 23°32′16″ ♌. Apogaeum Solis in 5.33.0 ♋. Mihi AC 18 562, Christiano BC 20 160. Abundamus datis. Videamus quomodo conveniant.

Detur CA 15 562.

BC	23.32.16	BA	5.33. 0	BA	5.33. 0
AC	28.53.55	AC	58.53.55	BC	53.32.16
BCA	5.21.39	BAC	53.20.55	CBA	47.59.16
		compl.			5.21.39
					53.20.55



Sinus CBA 74 300 dat CA, quid sinus CAB, quid ACB

		80 228			9344	
Venit	22 042	18 562			18 562	
pro	20 160	(...)			(...)	
	117	1 489 192 136			173 443 328	BA per AC
		743		20 042	1486	2334½
		(...)			(...)	

2334½
2348
13½

Contra sinus CAB dat CB, quid CBA

	80 228	20 160	74 300		9344	
			20 160		20 160	
			(...)		(...)	
Venit	18 670		1 497 888 000		188 375 040	BA per BC
pro	18 562		80228	18 670	160 456	2348
	108		(...)		(...)	

Qualium ergo radius orbis ♂ est 100 000, talium AB est 2334½ vel 2348. Si augeatur parte dimidia orbis ♂ ut fiat 150 000, erit et AB 2348
1174
3522

Si amplius parte 20ma, ut sit 155 000, erit et 3522
hic Vides prodire eccentricitatem totam 117
Solis. Ergo si 2334½ fit 3584, quid 35 845. 3639.

359 200 000		358 400 000		3 584 500 000		153 523
234 8	152 939	234 8	152 645	2 334	15 352	153 866
{...}		{...}		{...}		341
						171
						153 694

Radius orbis ♂ 153 523

359 200 000		153 866		153 523		153 084	152 645
233 45	153 866	152 939		152 645		153 402	153 866
{...}		927		878		318	1 221
		463		439		159	610
		153 402		153 084		153 243	154 476 '

De primo iterum. In triangulis BGC, CDB super eadem basin BC dantur anguli et commune latus CB, id sit [...] ut ergo BGC ad BC, ita GCB ad BG. *XIV, 314v*

100 000 – 998 221 400 000		991 425 700 000	ex ap: pos:		DCG	175.54.36
717 758	278	354 809	2 794 252	summa	DCG, GDC	4. 5.24
{...}		{...}			dim.	2. 2.42
				esto	DGC	2. 2. 0
				et	CDG	2. 3.24
					CBG	95.28.28
						97.30.28
					GCB	82.29.32
		991 425 700 000			BCD	93.25. 4
		358 879	2 762 562 DB			86.34.56
		{...}				

Ut CDB ad BC, sic BCD ad DB.

DB	2 762 562	BG debebat esse brevior, id ut fiat
BG	2 794 252	constitue DGC majorem CDG angulo.
DG	5 556 814	
	2 778 407	

Esto	DGC	2. 3.24	991 387 800 000			998 197 200 000		
	CBG	95.28.28	358 879		2 762 457	709 618		2 813 337
		97.31.52	{...}			{...}		
	GCB	82.28. 8						
		175.54.36			2 813 337			
	BCD	93.26.28			2 762 457			
		86.33.32			5 575 794	Non est DGC major quam		
					2 787 897	CDG, sed tantum nimis parvus.		
					25 440			

Habeat rectè et ap: et long: med: et eccentricitas utraque. Vide an loca sequantur. Sit eccent. 358 480. Vel potius assume aequationes in ☿, ☊ visas et constitue BA. Sed duo obstant. Primò si A venit in medium BC, tunc BC nimis fit magna. Nam CD majorem quàm AD. Ut si in dimidium fere incideret.

Subtendit 358 480		2° 3'16"	ad. dim.	179 240		1. 1.37	
7 716	com.	87.56.44		177 433	com.	88.58.23	
764				1 807			
60				108 420			
45 840				⟨2909⟩		37	
2909	16	9 993 572		{...}			
{...}							


Imo fit nimis parva. Nam triangula fiunt longiora. Deinde BD et BG non sunt aequales. Sed hoc fortasse nil impedit, illic sic age. Sit CDB 2.3.16, DA 10000000, AB 179240. Ergo ADB[a] 1.1.37 et CAD 91.1.37. ACD vero 87.56.44. Ut ergo DCA ad DA, sic CDA ad CA.

Est CDA 1.1.39	1793370000000		ecce	179452
	9993572	179452		179240
	{...}			358692
				212
			excessus tantillus. [1]	

XIV, 315 (451)

Investigatio Methodi ad inveniendas Eccentricitates.

Sint loca D. C. E in eccentrico. Et noti anguli EAC, CAD: Nota etiam tempora in EC et CD. Ergo ut tempus EC ad totam restitutionem, sic planum EAC ad planum circuli. Idem de CAD intellige. Dantur ergò plana. Videtur negocium rectius habiturum, si sumantur tres observationes in eodem semicirculo. Sit pro D ejus opposita G. Utere[b] eâ quae in progressu commodior videbitur.



Scitur autem, quod plana sint sectores eccentrici cum triangulo aequatorio. Ita[1] CAD est CBD et CAB, BAD. Quare si daretur arcus eccentrici, facile daretur et triangulum et eccentricitas et arcus visionis. Jam id quaeritur, hoc datur.

Perpende igitur, quod habeas aream et arcum sub quo area videtur. Hinc per regulam falsi facile venires ad finem. Sed alibi disputatum est diametrorum proportionem esse distantiarum proportionem permutatam: Vide quid ex hoc principio sequatur.

Alibi duo inveni, primum arcum eccentri esse propemodum medium arithmeticum inter arcum temporis et arcum visionis. Alterum partes horum arcuum minimas esse

[1] *am Rand* Problema
[a] *Kepler* F
[b] *Kepler* utrere


proportionales, in medio arithmetico nihil erramus in longitudine media, in geometrico nihil in apogaeo. Ergo veritas media versatur inter utrumque[1].

Proportionalitas sic est, ac si diceres, FBC esse medium proportionale inter FBH et FAC. Ubi nota quod cum HBC et BCA sint aequales anguli, major tamen area BCA quam HBC.

Perpende sic. Si sumerentur tres in eodem semicirculo ut C. E. G. Ergo ex tempore datur proportio CAE ad EAG aream. Nihil.

Quaere prius simpliciora: ut data anomalia simplici et arcus visionis invenire anomaliam eccentri. Ut si CAF angulus detur cum CAF area, quaeritur angulus CBF. Et probatum est in chartis superioribus sinum anomaliae eccentri esse medium proportionale inter reliquos. Oportet id probare. Velitemur incerto eventu.[1]

AL et AD aequant radium hinc CE, IF aequales, videntur autem sub inaequalibus CAE, IAF. Estque LN arcus visionis sinus minor quam CE, DK sinus arcus alterius major quam IF vel CE. Primum ut AC ad CE, sic AL ad LN. Ergo ut AC ad AL vel BC, sic CE ad LN. *XIV, 315v*



Semper ergo ut distantia termini sinus ad distantiam ejus a centro eccentrici vel ad radium, sic sinus eccentri arcus ad sinum arcus visionis. Et vicissim ut radius ad distantiam, sic sinus visionis illius ad sinum arcus eccentri.

Ita etiam ut AD ad AI, sic DK ad IF. Et ut AI ad BC sic CE ad DK.

BC CE

Prius autem ut AC ad BC, sic CE ad LN. Ergo ut CE ad AI, sic DK ad BC.

AC LN.

Vel ut AI ad CE, sic BC ad KD Vel ut AI ad BC, sic CE ad DK

AC LN.

Ut ergo distantia mediocris vel radius ad distantiam utramque, sic sinus anomaliae eccentri ad duos sinus anomaliae coaequatae. Quare si CE est medio loco proportiona-

[1] *Randbemerkung* Problema. Quaere utrumque medium, eorumque medium assume pro vero.

lis inter LN et DK, erit etiam BC medio loco proportionalis inter utramque distantiam et vicissim atque etiam econtra negato uno negatur alterum.

Facile autem refutabimus in hunc modum, continuetur CB in Q et connectatur AQ, FQ. Erint hic aequales AI et AQ, quare et IF, FQ. Id feci tantum perspicuitatis causa. Jam in AO pars sumatur BQ aequalis AB et connectatur PQ. Dico illam aequari CA. Nam ABC et PBQ aequales, sic et AB, BP. Item CB, et BQ. Ergò. Hae autem non sunt proportionales, quia ab initio nihil pene augentur in fine, qui nullus est, duplantur triplantur etc. subito.

Hinc[1] compendium pro aequationibus Ptolemaicis. Nam BCA angulus aequationis eccentri supra fit PQB angulus aequationis physicae Ptolemaicae infra: quando eccentricitas aequantis bisecatur. Sed alterum nihil est.

Itaque pergo inquirere. Respice schema prius altero folio. Anomalia coaequata metitur aream HBF, simplex aream CAF, excessus aream CHBA. Hinc argumentum evi-
XIV, 316 dentissimum contra medium arit ' meticum. Nam area CBF prodit anomaliam eccentri
(453) assumens ad HBF, aream CBH quae non est dimidium CABH. Cum enim CBH et BCA sint aequales anguli et CB communi, CA vero longior quam BH, major itaque BCA.

E contra medium geometricum fit valde verisimile. Ut si dicam sic esse HBF aream ad CBF, ut CBF ad CAF. Causa cur id hactenus non crediderim est praecisa bisectio aequationis maximae pro eccentricitate eccentrici habenda. Vide an id verum sit. Nam si ad areas verè retulimus, aequationem physicam, ut quidem verissimè retulimus, oportet stare ab illarum indicio. Est ergo triangulum aequationis physicae maximum in anomalia eccentri 90, angulus contra illius trianguli nondum maximus, sed ibi ubi est isosceles. Cum autem superet id sectorem suum portiunculâ, quae est inter tangentem et arcum, major igitur ibi pars aequationis physica gemino nomine et in superioribus evidentius major. Quare ubi est anom: 90 multo est major. Ubi verò triangulum est isosceles, jam ejus area minor est sectore suo portione, quae est inter subtensam et arcum. Itaque hoc sit

Problema Archimedi propositum. *

Invenire punctum aequationis maximae totius. Id est post anomaliam eccentri 90, ante punctum ubi triangulum est isosceles. Quasi composita aequatio intermedijs locis maneat aequabilis.


Quod ergo ne hic quidem sit proportionalitas, inde patet. Triangulum usque ad long. mediam superat sectorem suum, infra superatur ab eo. At debuerat anomalia eccentri semper esse propior coaequatae ut minori, quàm simplici ut majori, si esset proportionalitas. Nulla ergo proportionalitas. Regula Cossae videtur requiri, CBH tantum assumere, ut et sector et triangulum aequent excessum datum. '

XIV, 317 *(455)*

Aequipollentia hypothesium

A centrum universi, et ex eo concentricus C. B centrum eccentrici et ex eo eccentricus DE. Moveatur D aequaliter circa B et sit motus planetae in C circa A inaequaliter sitque ejus motus aequalitatis in B et D. Sit ergo planeta in C. Trajecta ex B centro aequalitatis linea per C in D abscindit FD anomaliam est enim parallela lineae medij motus, sed trajecta ex A per C est linea veri motus et ACB aequatio. Eritque planeta ad visum in E supra. Quaeritur jam, si dicamus planetam currere in illo ipso circulo, qui assumptus est ad aequandum ejus motum nempe si sit in D an varietas. '

[1] *am Rand* Problema



zu XIV, 317

De Solis aequante

XIV, 317v


Aliqua inde existat circa aequationes. Et respondetur, quod sic. Nam planeta erit in D loco ulteriore, prosthaphaeresis ADB minor. An verò non res juvari posset supposito motu circulari alio, ut non necesse habeat planeta tantum descendere? Sic. Nam si addetur eccentrico circellus, cujus semidiameter aequat sinum maximae varietatis in octante, et statuatur planetam cum in apogaeo est, in perigaeo circelli versari, cum in octante in quadrante, cum in long. media in apogaeo circelli. Sicque circellus bis convertatur et in consequentia. Aut contra, ut in antecedentia eat, et sit in apogaeo et perigaeo planeta in circello apogaeo, in long: med: sit in perigaeo, in octantibus sit is in quadraturis. Sic quae sunt potiora restituentur hoc pacto, non tamen omnia. Nam circellus variabitur pro accessu vel remotione ab A, ⟨apertum⟩ igitur alium add. quo ambitus ejus fiat parvus, ut in ☽. Sed etiam in long: med. nondum omnis differentia cade.

3584 Si est CBE 45°, erit tanta et VBA et VAB.
3584 Quae si BA dimetiens 3584. Erit BV, VF
{...} 2534. EB vero est 100000. Ergo 102534. Si
12845056 hoc fit 100000 quid 2534 tangens.
6422528 | 2534
4
{...}

24340000

2444 1.24
2471 1.24.56
2473 1.25
25340000 | 24
102534
{...}


Sit HBA 45 et BH 100 000, duc perpend. ABV, erit BAV 45°.



BV, VA 2534. VH 97 476. 253 400 000 | 2599
2590 97 476
2600 1°29′23″. {...}
2619

Jam LR 100 000 LV, VB 1267
2560 VRL 0.43.33
2567 1°28′13″ VLR 89.16.27
2589 VR 99 992
BR 101 259 253 400 000 | 2 567
2 534 197 450
RV 98 725 {...}

Esto jam A centrum universi, B centrum eccentrici Solis et Sol in CDEFGHIK. Pone B non esse centrum Solis, sed aequantem et L centrum viae planetariae et Sol in NOPQRST. retardabitur igitur ejus motus in primo et tertio quadrante, promovebitur in secundo et quarto fietque, ut Sol tantum 4 locis coincidat. '




zu XIV, 317ᵛ

XIV, 318 (457)

De Solis eccentricitate

Anno 1591 die 12 Aprilis fuit habita observatio talis. EF 10. CD 18½. AB 1000. Nota quod quadrangulare foramen non dat exactè rotundum radium, sed confundit terminos *



lucis et umbrae. Quod si sumas medium terminorum, oportebit et medium sumere inter radium inscripti quadrangulo et radium circumscripti. Sed tamen in praesenti casu quia CD fuit parallela diametro inscripti per A centrum transeunti differentia nulla evadit, et tutò possumus operari. Est ergo BD $9\frac{1}{4}$, dimidium EF, sc: BI 5. Ergo residua ID $4\frac{1}{4}$. Ut ergo 1000 ad $4\frac{1}{4}'$, sic radius orbis Solis (quia Sol fuit circa 27 ♈ prope long: med:) ad radium corporis Solis. Sit MO 100000. Erit OL 425, sc: 14′37″.



407	407
425	436
18	29

MO 100000 dat OL 425, quid OL 425. Est ergo OK $3\frac{1}{2}$
425 Et MK $100003\frac{1}{2}$.
{…}
3|4

Si MO 100000 erit secans, ML 100001. Ergo LK insensibiliter major quam LO. Hoc nobis sic esto constitutum, ut LK sit 425 M, qualium OM 100000. Et KM $100003\frac{1}{2}$

Secundo in canali 1660, qualium EF 10. CD $24\frac{2}{5}$ BD $12\frac{1}{5}$
Si MO 1660 et OL $7\frac{1}{5}$, quid si MO 100000 BI 5
{…} 442 OL. Ergo 15′12″ $7\frac{1}{5}$
14.37 antea
35

Tertio in alio canali 1000 partium fuit CD $18\frac{1}{3}$, BD $9\frac{1}{6}$, ID $4\frac{1}{6}$.
Si MO 100000. OL $416\frac{2}{3}$, sc: 14′19″. 14.19
Hic quidem veritas versatur inter PV. MN. C. 18
417 425 442. 53″

Die 13 Aprilis. MO 100000. OL. 430. MN 425. PV 439 C Hic media videtur optima.

Die 26 Apr: Sol circa 10 ♉. MO 100000.		C	MN	PV. Hic 2 posteriores	
OL	442	442	433	429	optimae
OL	433	9	4		
OL	429				

Die 13 Maji. Si MO 100000, erat OL 438 MN
vel 425 PV
vel 442 C.

Hic 442 falsum, quia jam ter, eodem canali, falsum etiam 438, quia propinquu⟨m⟩ huic et quia in eodem supra minor.

Die 12 Junij bis MO 100000, OL 417. MN. PV
semel 437 ferè C.

Die 14 Junij MO 100000. OL 419 MN
420 PV
421 C


Die 12 Nov: MO 100000. OL 450 per MN. 433 PV. 455 C.

Die 27 Nov: MO 100000. OL 460. MN 443. PV 444 C dicuntur bonae.

Die 5 Dec: MO 100000. OL 450 fere MN, bis 451 C.'

XIV, 318v

	Anni 91 dies		Coagulum		
	M. N.		P. V.	C	
12 Apr:	425		417	442	
		5−	8+		3−
13 Apr.	430		425	439	
		3+	4+		3+
26 Apr.	433		429	442	
		5+	4−		0
13 Maji	438		425	442	
		21−	8−		5−
12 Jun.	417		417	437	
		2+	3+		16+
14 Jun.	419		420	421	
		31+	13+		34+
12 Nov:	450		433	455	
		10+	10+		11−
27 Nov.	460		443	444	
		10−			7+
5 Dec.	450			451	



Hic omnium maxima est 460, minima 417. [...]
Si MO 100 000 fit 103 580, quid 417 {...} 432
Si NO 100 000 fit 96 416, quid 460 {...} 443

Debebant convenire. Ut igitur videas differentiam, sic age. [...] Si NO ex toto fieret minus quam 96 416, tunc ex 460 fieret etiam minus et tunc simul deberet ex 100 000 fieri plus quam 1035 fieretque ideo 417 plus quam 432, ita conveniretur in medio. Divide 200 000 sic, ut pars major in 417, minor in 460 multiplicata constituat aequalia. *

Major 1 x. minor 200 000 − 1 x
460

417 x 92 000 000 − 460 x
460 460

877 x aequant 92 000 000 | 104 903 eccent: 4 903
877 | 95 097 3 582
{...} 1 321

Sed si non sine ratione sed lectissimas sumamus. Certe 12 et 14 Junij in apogaeo potior pars consentit in 420. Et 5 Dec: in perigaeo est 450. 420 x 90 000 000 | − 450 x 3 448
50 87 | 103 448 3 582
870 {...} 134'

XIV, 319 (459) Praesuppone jam aequantem et cum dimidia eccentricitas sit 1791, esto apparens Solis semid. 436, sc: 15′0″. Divide 872 sic, ut pars minor in 101 791, reliqua in 98 209 multiplicata faciat aequalia.

1 x − 101 791 x 872 − 1 x 98 209 435 103 580
98 209 428 872 870 870
200 000 x 872 {...} {...}
444 856| 901|
428 450½

eccentr:		ass:		
1791				
3791	428	436	444	Sic bene consentit canalis cum assumpta Tychoni
3448	420	435	450	eccentricitate.
3582	419½	435	450½	Maestlinus anno 1579 dixit
4903	417	438½	460	☉ ap: 29′36″
				30.11
				perig. 31′45″

Aristarchus, Archimedes et veteres 720mam partem de 4 rectis, hoc est 30′.

Tycho apogaeum facit 30′ minus aliquot secundis, perigaeum 32′ plus aliquot secundis. In long: med: 31′ ferè. 43632 43632
46541 1454
2909 451

Estò 31. Erit 451, duplum 902. Divide 902 ut pars minor in 103580 minor in 96416 faciat aequa.

Maj. 1 x 103580 x 902 − 1 x 96416
98416 902
100000 435 14′58″ | 29.54 {...}
451 15.30″ | 31. 0 879|
467 16. 3 | 32. 6 20000
435
902
467

Haec ratio Tychonis uno scrupulo ubique excedit ipsius observata per canalem. Vide 1578. 15 Mart: observationes. Ubi observata diameter 30.48″, 30. 6.30.44, 30.50
Et 14 Ju. 30′ 4″30 4″ 29′30″

Pro instituenda observatione

Si foramen fuisset rotundum et cepisset in diametro non plus duabus talibus particulis, quanta futura fuisset diameter Solis rotunda? Sequitur 10½. Ergo quo majus est foramen, hoc majus est etiam radius. In mille particulis quanta potest esse diameter foraminis, ut tamen radij se intersecent? Intersectio humilima fit ab extremitatibus Solis ad correspondentes parietes foraminis. Potest ergo centrum poni in opposito plano. Quod si tanta sit semidiameter foraminis ad longitudinem canalis, quantus sinus semidiametri Solis ad distantiam, tunc centrum humilimae intersectionis est in plano observatorio. Sed semidiameter Solis est 425 circiter, qualium distantia est 100000. Ergo foramen debet esse non amplius quam 8½, si radij longitudo 1000. Nondum ergo facta fuerat plenaria intersectio.[1]

Quomodo instituenda commoda observatio

XIV, 319[r]

Cum sit diameter Solis ad diametrum Terrae orbis ut 1 ad 230, capiat ergò canalis in longitudine 10000, foramen rotundum capiat 60 harum partium.

Harum linearum quinquaginta dant 10000 particulas sensibiles. Duae faciunt justum pedem. Ergo 25 pedes sufficiunt. Ergo si foramen sit 60, dim. 30, erit excessus radij rotundi 43½. Semidiameter ergo radij 73½. Totus radius 147. In pedibus vero 250 etiam centesima discerni possent: fieret enim canalis 100000 foramen 600, radius 1470, quatuor ferè pedum.




An ex hoc solo intuitu radij de distantiâ Solis conjecturâ fieri possit?

Si una sola consideretur observatio impossibile est. Nam si major diameter Solis, erit et altior ipse Sol. At si detur certa proportio eccentricitatis ad orbem, an datur casus? Forsan etenim, quo altior ponitur Sol, hoc minor est proportio eccentricitatis ad orbem et contra. Nam in magna altitudine eadem quantitas eccentricitatis minus est sensibilis? Respondetur, quodne tum quidem detur casus, augetur quidem eccentricitas pro augmento orbis, sed manet tamen semper sui orbi proportionalis. '

XIV, 320 (461) Sit CBE 45°. Erit BEA 1°24′56″ et CAE 43°35′4″. Ducatur ad BO parallela YZ ex Y puncto medio inter BL et Y centro, distantiâ vero BC scribatur arcus WZ. Et sit WZ aequalis CE et XZO aequalis XYU. Est igitur XO 45°. XZ, ZO dimidium BL pars quarta BA. Est BA 3584. Ergo ZO 896, cumque BOE sit parallela YXZ, erit OE quadrans, linea ergo OE latus quadrati in circulo. Si 100000 dat 896, quid

141421
896
(...)
1267| EO



[...] In EBU. EB est 100000. Dantur anguli. Ergo BU 2470. Deme EO ab EB, restat OB 98733. Si 98733 dat BU 2470 quid 100000 (...) 502.

1°26′ 0
1.24.56 (...) [...] '
1′ 4

XIV, 320v In schemate superiore vel etiam hoc[1] (...) '

[1] *große Figur als Deferent – Epizykel – Darstellung weggelassen*

De observationibus Acronychijs Oppositionum verarum Martis. Notandae sunt meae deductiones.

XIV, 321 (463)

Prima[1] observatio ex quadriga fundamentali pendet ex 4 Mar. h: $13\frac{1}{2}$, nihil periculi in parallaxi vel refractione. Fuit ♂ in 26°28′0″ ♍. Motus diurnus 24. Ergo vera oppositio 6 Martij h: 8, m. 4.

Secunda ex 91. 6. Jun h:12.20 ♂ in 27°15′0″ ♐. Fuitque tempus 8 Junij h: 7.31.

Tertia ex 93. 24 Aug. h: 10.30 fuit in 10°38′ ♓. Martis diurnus 16′45″. Ergo tempus ☌ verae 25 Aug h: 16, m. 52.

Quarta a 30 Oct h: 8 ♂ in 17°.48′ ♉ diurnus Martis 22′54″. Ergo tempus ☌ verae 31 Oct h: 1 praecisè.

Videndum an haec tempora oppositionum verarum rectè deduxerim.

Jam sequitur Methodus mea

* quaerendi eccentricitatem ex his quatuor observationibus. Inspiciatur schema a Millero confectum. Primum haec quatuor loca opposita Solis reducuntur ad orbitam Martis per distantiam Martis a nodo et angulum inclinationis maximae 1°54′36″. Nuspiam ultra 1′10″ additur vel demitur. Deinde datis 4 locis orbitae Martis exactè dantur 4 anguli ad A corpus Solis, nempe FAG, GAD, DAE, EAF. Tertiò datis temporibus intermedijs inter binas et binas observationes, dantur anguli ad C centrum aequantis, sc: FCG, GCD, DCE, et residuus ad 4 rectos ECF[2]. Quartò[3] assumptâ et positâ longitudine mediâ quacunque ad quodlibet horum 4 temporum, differentia loci medij et veri constituit angulos CFA, CGA, CDA, CEA.'

Quintò. Assumpto et posito apogaeo (sive aphelio) quocunque ad tempus intermedium[4] sc: ad arcum 91, et posito, quod interea quiescat ab 87 in 95, dantur anguli FAH, GAI. IAD, IAE. Sexto posito AC 20000 commoditatis causa, ex datis angulis computentur latera AF, AG, AD, AE, in triangulis CFA, CGA, CDA, CEA. Septimo, datis jam in GAD, DAE, EAF, FAG binis et binis lateribus, quaerantur anguli ADG, ADE, AFG, AFE, qui quatuor si efficiunt summam 2 rectorum, certum est puncta quatuor FGDE stare in circumferentia ejusdem circuli. Sin autem minores sunt 2 rectis, promovendum erit apogaeum, sin majores retrahendum et tunc semper repetendum quod praecepto sexto et septimo diximus. *XIV, 321v*

Octavo redactis FGDE in circulum quaeratur in GAE triangulo datus GE ex lateribus GA, AE datis et angulo GAE composito ex GAD, DAE datis. Ut hoc fiat primò etiam angulus [GAE] AEG quaerendus erit, qui nobis postea erit utilis. Nono, sit B centrum circuli in quo stant quatuor puncta. Cum ergo sit GFE compositus ex GFA, AFE datis, ejusque basis GE nota, erit GBE duplus, quia ad centrum. Quia vero GB, BE aequales, radij nempe circuli, erunt ergo BGE, BEG aequales et quilibet dimidium residui GBE ad semicirculum. Ergo in GBE dantur anguli et GE latus, quare et GB radius circuli.

Decimò datur BEG et prius AEG, ergo et differentia BEA, angulus et comprehendentia BE, EA latera. Datur ergò latus tertium AB eccentricitas eccentrici, et ante hoc angulus BAE: qui si consentit cum CAE noto, perfectum est negocium. Undecimò si BAE non aequat CAE, recurrendum est ad quartum praeceptum, et assumenda alia longitudo media, et omnia ordine repetenda, idque toties iterandum, donec BAE, CAE aequentur. Si B est ad dextram, subtrahendum. Sin ad sinistram, addendum medio motui.'

[1] *am Rand* anno 87

[2] *am Rand* Oportet autem subtrahere praecessionem aequinoctiorum, ut motus fixarum excudatur.

[3] *am Rand* Hic quoque

[4] *am Rand* Et subtracta praecessione temporis intermedij.

XIV, 322 (465) Duodecimò, postquam haec quatuor puncta redacta fuerint in circulum, tunc per emergentem quantitatem AB, BE, BC ad AC (prius in aliam mensuram transpositam, ut BE sit 100 000) et per inventum apogaeum atque longitudinem mediam computentur loca cum haec quatuor, tum reliqua omnia in oppositionibus *ακρονυχιοις* cum vero Solis loco et videatur, an non sit erratum, item, quomodo consentiant haec 4 cum alijs. Ubi facile videri poterit, an apogaei, an longitudinis mediae, an vero eccentricitatis, aut ejus proportionis mutatione efficere possimus, ut medij incedamus inter observationes hinc inde annuentes et obnuentes. Decimotertiò, illud etiam utile erit videre quantum B versus C ascendere vel versus A descendere possit, donec differentia prosthaphaeresium ab observationibus evadat in unum vel alterum scrupulum plus vel minus. Nam haec libertas nobis erit utilis in parallaxibus annuis.

Ratio condendi prosthaphaereses secundum modum Ptolemaicum per positionem aequantis, qui modus huic operationi proprius est.

Initio sciendum, aequationem maximam ex assumptione earundem datorum AB, BC ad BE, et ejusdem apogaei, si secundum Ptolemaei aequantem computetur, evadere majorem 1′45″ quam si secundum epicyclium Copernici computetur. In schemate B centrum eccentrici est, C centrum aequantis secundum Ptolemaeum. At secundum Copernicum centrum eccentrici est medio loco inter BC, decurritque in eccentrico non planeta sed centrum epicyclij, diameter epicyclij tota CB.

Ergo secundum Ptolemaeum via facilis est computandj unam prosthaphaeresin, per 2 operationes, hoc modo. '

XIV, 322ᵛ Primò ex long: media et subtractione apogaei datur angulus HCF et FCB. Datur et latus CB et BF radius orbis. Quaeritur ergo unica multiplicatione angulis CFB. Secundo subtracto CFB ab HCB, relinquitur CBF (alicubi additione utendum pro re nata) et FBA. Dantur et hunc comprehendentia AB, BF. Ergo per multiplicationem et divisionem detricam quaeritur angulus BFA: qui junctus priori CFB constituit totam prosthaphaeresin.

De invenienda proportione orbium Martis et Solis.

Constituta benè ratione prosthaphaereseon. Eligatur dies aliqua, quando Sol est in 4 ♎ vel 8 ♈, ubi distantia ejus a Terra est aequalis radio eccentrici Solis et sumatur talis annus in quo ad diem praedictam ♂ in eccentrico non procul absit ab aliquo nodorum. Computetur locus Martis in eccentrico et conferatur ad locum ejus observatum. Computetur etiam distantia Martis a Sole in proportione, qualium est radius eccentrici ♂ 100 000. Tertio computetur locus Solis verus et conferatur ad locum Martis in eccentrico. Dabitur per calculationem proportio radij Solis ad radium eccentrici Martis in ea quantitate, ut est ille 100 000.

De aequante Solis.


Resumantur quatuor observationes quatuor annorum, ubi semper ♂ fuit in eodem praecisè loco eccentrici, et quidem circa 17° ♉, ubi nullam habent latitudine⟨m⟩. Et fiat
XIV, 323 (467) reductio temporum observationis ad eosdem articulos temporum, qui Martem ' in suum sub fixis locum restituunt: (Hic enim semper est subtrahenda praecessio). Computeturque locus Martis semel, locus oppositus Solis verus quater: et ex comparatione eliciatur angulus verae commutationis, sic ex comparatione visi loci Martis ad ejus locum in eccentrico eliciatur angulus parallaxeos dabiturque distantia Solis a Terra in locis quatuor, quae distantia si fit in uno et eodem circulo, hoc est si trinae et trinae ex his quatuor, semper eandem produnt diametrum illius circuli, hunc certò pronunciare aude-

mus, quod eccentricitas emergens sit vera eccentricitas, quae quanto minor est eccentricitate illâ qua ostendit mora in aestivo semicirculo etc., tanta est eccentricitas aequantis. Constituto Solis aequante condatur tabula quae ad omnes gradus distantiae Solis ab apogaeo exhibeat distantiam Solis a Terra. Quo facto jam tuto in omnibus locis eccentrici possumus periclitari parallaxes: hoc solum cauto, ne inclinationes in constituendo angulo commutationis negligantur. Semper enim illa auget angulum commutationis.

Maxima et evidentissima differentia hujus hypotheseos a pristinis est, quando Mars in eccentrico est in principio ♎, Sol vero in ♋, ♌. Nam ibi concurrunt ferè omnes causae
* varietatis.[1]

10 1590. 5[1] Mar: h. 7°10′. Mars in 24°22′ ♈. Pro commutatione Martis notetur angulus *XIV, 324*
FCH 31°52′23″. Nam tanto tempore ante observationem F fuit initium commutationis. *(469)*
Ergo 60° diebus h.19′, m. 37″ ante

	66			
1587	7 Martij	h: 19,	m. 8	
	60		19	37
1587	5 Jan.	h: 23°31.		Fuit principium commutationis.
1587.	5 Jan.	h. 23.31		
1590	5 Mar:	h. 7.10		
anni 3	58 dies		7.39	




20 Differentia temporis est anni 3 quorum unus est bissextilis: dies 58, h. 7.33. Ergo anni 3 communes dies 59 h. 7.33. Ad hoc tempus colligitur motus commutationis. Anni 3 4.25.25.34

long. med:	1. 4.38.50	59, Febr: communis	0.27.13.59
	58	h. 7	9.10
long. med. cor:	1. 4.39.48	m.39	45
aphelium	4.28.31.30	commutatio	5.22.49.28
	8. 6. 8.18[1]		

[1] *überschrieben* falsum, est 4 Martij

XIV, 324v [1]Lubet cognoscere tempus quadraturae ♂ et ☉ anno 1601 mense Novembri exactius.



1600	10. 7.11.34		53 232	60 269	
Oct.	5. 9.19. 3		9284	165016	
d.20	10.28.53		{…}	{…}	
	3.26.59.30		4942	99453 |	AG
add.	3.26		2.50 CDB	98383	AF
	3.27. 2.56			1070	FG
apog.	4.29.12.40				
	10.27.50.16		4 898 200 000 |	107 000 000 |	
BCD	32. 9.44		96488 | 50765	165106 |	650
	2.50	CDB	{…} |	{…} |	
	29.19.44	CBD	tangit 26.54.50 EAD		
	48982	ED		65 000 000 |	
	60.40.16	BDE		79798 |	814
	87182	BE		{…} |	
	9300	BA		tang. 0°28′ 0″ FDG	
	96488	AE			

	4.29.12.40 secans	112146	Ergo DFG	89.32. 0
	26.54.50	96488	sed FG in	69.21.34
♂	4.22.17.50 ♌	{…}	ergo ♂ in	158.53.34
	in eccentr:	108207 | AD	♂ in	8.53.34 ♍
			☉ in	9.21.34 ♐

	108 207		diurnus ♂ 26		
	152 500		die politico 21	☉ 9.21.34 ♐	♂ 8.53.34 ♍
	{…}			61	26
	1650 16|	AD ult.		8.20.34	8.27.34 ♍

Ergo die 20 vesperi □ ♂ ☉ futura.

Ego die 20 mane hora $5\frac{1}{2}$ vidi, ut est in meo calendario. *

	☉ simp.	9.20.55.12		
		9.29.38.12		
		19.12.47		
		8.10.16.11		
		3. 5.40.15	in clune ♌	7.51 ♍, lat. 9.41½ bor.
	anom. sim.	5. 4.36	in pede media	8.20 ♍ lat. 0. 5 aust.
	ex tabula sub.	54.37	borealior	8.56 ♍ lat: 1.30 bor:
		☉8.9.21.34 ♐	Ergo ♂ lat: 2° circiter borealem habuit long. 8.14 proximè.	
	distantia ad coaeq:	5s3°41′.	Adde 8 usque ad meridiem, prodeunt 8.22 ex borealiore	
		97383	AF ult:	deb. $8.27\frac{1}{2}$
		2. 9.21.34		$5\frac{1}{2}$′
		4. 2.17.50		
		1.22.56.16		
	DAF	52.56.16		
	ADG	37. 3.44		

[1] *am Rand* Die 22 Nov: vel 2 Decemb: ♂ erat in linea cum 2 superioribus in pede, dimidio ipsarum distans ab ipsis. Ergo cum distent in long. 36, adde ultimae 18. Erit in 9.14 ♍. Motus diurnus 26, duplum 54. Ergo die 20 vel 30 in 8.20 ♍ et in meridie in 8.28, planè ad unguem, ut hypothesis fert. Et cum in lat: distent 1.35, cujus dimidium 47 adde ad superiorem, prodit 2°17′. Supra putavi esse 2°. Sed forte non ita praecisè in lineâ rectâ fuit.

Capitalis demonstratio et dimensio orbium Martis et Terrae.

XIV, 325 (471)

Quando Martis stella est opposita vero loco Solis, caret omni inaequalitate annuâ. Sciendum autem, locum oppositum Solis qui est eclipticus Martis non itidem esse et locum verum orbitae Martis. Quamvis ergò haec differentia parva est, ad demonstrationem tamen pertinet, scire quanta sit: ne suspicio haereat alicujus notabilis differentiae.

Ut autem sciamus quanta sit haec differentia, opus est cognitione nodorum et inclinationis planorum Martis et eclipticae. Nodi sciuntur ab *ακρονυχίος* situ latitudine carente. Tunc enim si nulla videtur, nulla etiam est. Et tunc nodus isthic est, ubi Mars in *ακρονυχίω* situ cernitur.

Si nulla habetur talis *ακρονυχιος* observatio latitudine carens, utemur quacunque observatione in quâ Mars latitudine carere deprehenditur. Sed minus hoc demonstrativum est. Praesupponitur enim locus Martis simplex cognitus. Is enim propemodum ostendit locum nodi sub zodiaco. Error tantus potest circa hoc contingere, quanta est aequatio eccentra Martis et error, si quis est, longitudinis juncti.

Si 100000 fit 100000 quid 65003
99260 99260
{...}
64522 '

XIV, 345v [...] Cum LMN sit aequalis utrique sc: ALM, LAM, ergo subtracto LAM ex LMN restat ALM. Habetur autem LAM ex collatione loci Martis veri in eccentrico et loci oppositi Solis medij.

1584

Mars L fuit visus in 26. 0.30 ♌ ML apogae: 4.23.24.58
Terra motu medio in 10. 9.33 ♊ MN long. ♂ aequata 3.19.49.32
LMN 75.51 observatus 33.35
39.39.30 commut. 146.25
[...] 36.11.30 parallaxis 6.54.30
153.19.33

simplex ♂ ab aequi: 3.12.54.32
♂ ab AL 6.54.30 33.35 153.19.30
aequi. in ecc. 3.19.49 6.54.30 26.40.30
AM oppositus Solis 2.10. 9.33 40.29.30
commut: LAM 39.39.30 49.31.30

1. Confer locum Martis visum cum medio loco opposito Solis. Hinc elicitur angulus observatus cujus compl: ad semic: est. 2. Cum anomalia eccentri excerpe aequationem eccentri, si non adest, eamque vel adde vel adime pro venatâ a longitudine media eccentri ut sit longitudo coaequata. Hanc etiam confer cum medio oppositi Solis. Hinc elicitur angulus commutationis. 3. Si hunc commutationis subtraxeris ab illo observato, relinquitur angulus parallaxeos. 4. Ut sinus ang: parall: ad totum, ita sinus observati ad distantiam ♂ a centro annui orbis: ita etiam sinus commutationis ad latus dist. corporum ♂ et ⊕. 5. [...] Confer long: ♂ in ecc: cum loco apogaei. Hinc elicitur angulus coaequat. anom:. Ei adde angulum prosthaphaereseos. Summa complementum ad semicirculum est angulus anomaliae mediae. 6. Ut sinus ang. anom. med. ad distantiam ♂ a centro orbis annui, sic sinus ang. anom: coaequ: ad radium orbis ♂ et sic etiam sinus prosth: ad eccentricitatem. '

In tabula dimidiatae eccentricitatis ☉ est sic *XIV, 346 (509)*

	ab ap:		supra
27.45 ♌	52.15	101 120	71 693
12.16 ♍	66.45	100 734	71 603
23.29 ♉	161.31	98 305	64 522

71 693 fit 101 120 quid 100 000 {...} 141 046 Et 71 603 fit 100 734 quid 100 358 {...} 141 271
Et 64 522 fit 98 305, quid 99 260 {...} 151 231

Hunc 141 046 diminue pro ipsissimo perigaeo, ut sit in eo ♂ 141 000 in long. M 151 231 — 10 231

J 31
F 59
{...}
D 365

ex eccentricitatum comparatione
153 600
141
12 600
12 600

Mars est in perihelio
1593 4 Aug. h.15.39, 11 Aug.
1591. 17 Sept. 26 Sep.
1589. 30 Oct. obs: 1. Nov:
1587. 13 Dec.
1586. 25 Jan.
1584. 10 Mar. Hic vix 2
1582. 22 Apr: occurrunt
1580. 3 Jun.
Ita
1595. 21 Jun.
1597. 9 Maji
1599. 27 Martij
1601. 11 Feb:

In aphelio 343½ diebus ante

{...}	21½	
1581.	12 Maj.	obs: 3 Mai.
1583.	31 Mar.	
1585.	16 Feb.	19 Feb.
1587.	3 Jan.	1 Jan.
1588.	21 Nov.	
1590.	8 Oct.	6.10 Oct:
1592.	26 Aug.	
1594.	13 Jul.	
1596.	30 Maj.	
1598.	17 Apr.	
1600.	5 Mar:	5 Martij

Hic commodi veniunt anni 1585. 1587. 1590. 1600.

anomalia 97


1581.	13 Nov:	
1583.	1 Oct.	
1585.	18 Aug.	
1587.	6 Jul.	
1589.	23 Maj.	28 Maj. obs:
1591.	10 Apr.	
1593.	26 Feb:	
1595.	14 Jan.	
1596.	1 Dec.	
1598.	19 Oct.	
1600.	5 Sept.	

anomalia 262


1578.	31 Dec.	26 Dec.
1580.	19 Nov.	17 Nov.
1582.	6 Oct.	
1584.	24 Aug.	
1586.	11 Julij	
1588.	29 Maj.	28 Maji
1590.	15 Apr.	
1592.	3 Mar.	29 Feb:
1594.	9 Jan.	3 Jan.
1595.	27 Nov.	23. Nov: 4 De.
1597.	14 Oct.	21 Oct:
1599.	1 Sept.	4 Sept.
1601.	19 Julij	

Hic multi sunt.[1]

XIV, 346v



XIV, 347
(511)



Alicubi notavi et hoc problema considerationum. Quando Mars eodem loco eccentrici bis videtur et est, collatione calculorum deprehendere eccentricitatem ☉.[1]

{...}[1] XIV, 347v
{...}[2] XIV, 348v

Vide fol. 78 XIV, 349
⟨...⟩ apogaeo[3] et perigaeo. D centrum eccentrici Copernicani. F centrum aequantis. (515)
Igitur ex ijs, quae hactenus demonstrata sunt, sequitur, centrum viae planetariae incedere quidem in circello, quae describitur ex D centro, distantiâ, DF, cum planeta est in apogaeo, perigaeo medijsque longitudinibus. Sic ut quoties ille est in apog: vel perigaeo, toties centrum viae ejus est in C; at quoties in longitudinibus medijs, centrum viae est in F. At in locis intermedijs non manet planetae centrum in dicto circello, sed describit alium circellum, ut cum ex B per C linea BE ducitur et centro E distantia EF, EC circellus scribitur. In hoc circello centrum planetae manet perpetuò. Et tamen inaequalibus temporibus aequales hujus sui circelli partes describit. Nam dum planeta motu medio it ab apogaeo in long. mediam, aut a perigaeo in long. alteram, dextra et minor pars hujus circelli conficitur. Dum vero a long: media in perigaeum, aut ab altera long: med: in apog. planetae iter est, centrum ejus utrinque sinistram et majorem medietatem sui cir-

[1] *halbe Figur zu fol. 350 gehörig (nicht wiedergegeben). Der Figur einbeschrieben* Ex 6 Martijs, sed apogaeis quae facile mutari queunt. Ex 3 Decembribus, quo proxime alludunt 2 Juniae


[2] *halbe Figur zu fol. 349 gehörig (nicht wiedergegeben).*

[3] *Der Text ist der unteren Hälfte eines geteilten Kreises einbeschrieben.*

celli conficit. Perinde ac si in circulo ex D descripto esset hujus inaequalitatis mensura. Illud etiam animadverto, etsi sectio radij cum linea apogaei semper est circa F, tamen, cum planeta est in apogaeo, sectio cadit nonnihil infra F; cum in perigaeo, sectio est supra F; cum in longitudinibus medijs, sectio est in ipso F. Ergo in semicirculo apogaeo, si maximè centrum viae in ipso circello ex D circumiret, tamen inaequales arcus describeret, minores prope C, majores prope F. At in perigaeo semicirculo minores prope F, majores prope C, hoc ordine. Ex apogaeo incipit a C versus dextram tardè (etiam in caeco circulo) ascendere tarditate decrescente, ex long. med. usque in F mediocriter incedit, et semper tardius versus sinistram descendendo tarditate crescento, adeo, ut circa F velox censeri debeat, sed tamen post F tardior quam ante. Jam discedens a perigaeo centrum a C ad dextram ascendendo valde velox et in long. med. quasi cir⟨c⟩a F mediocris, sed iterum accedente planeta ad apogaeum, ab F ad sinistram descendendo valde velox decrescente velocitate. Hic trium unum in causa est: aut aequans aequantis, ut sic loquar, efficit intersectionem variabilem, aut circulus latitudinis planetam, cum est in limite, relinquit quidem in C, ubi ejus centrum. At cum planeta nullam habet latitudinem centrum circuli lat. in G, relinquit planetam in F circa longitudines medias. Et tunc centrum latit: in circello ex H ducto circumibit, cumque planeta respectu C in I debebat, erit in F. Aut tertio vitiosa Solis eccentricitas erit in causa, dum torquetur planeta ad A, cum illa quae assumimus ad K correspondeant. [1]


XIV, 350 (517) Radius 147, eccentricitas viae 21.[1]

XIV, 350v In duobus circulis quorum major minorem includit non ex eodem centro descriptis designare puncta in lineâ centra connectente, ex quibus ejecta recta secetur a circumferentijs in proportione radiorum. Sit radius minoris 4, majoris 6. Et distent centra 1. Quod si idem esset centrum, brevissima inter circumferentias esset 2. At quia distant 1, hoc a 2 subtrahe, restat 1 brevissima. Itaque in genere deme distantiam centrorum a differentia radiorum, residuum est brevissima $\gamma\delta$. Ut ergo differentia radiorum ad minorem, sic $\gamma\delta$ ad $\delta\varepsilon$ determinantem punctum ε quaesitum. Nam $\gamma\varepsilon$ est ad $\varepsilon\delta$ et $\vartheta\varepsilon$ ad $\varepsilon\zeta$ ejusdem lineae, ut radius major ad minorem. Deinde si centrorum distantiam diviseris in proportione radiorum, divisione ad centrum minoris vergente, ut si sit α linea in proportione radiorum divisa erit connectenti centra perpendicularis et eadem erit recta in utrumque latus ejecta. ut $\alpha\alpha\alpha$. Si eligas B medium inter $\varepsilon\alpha$, distantiae centrorum quoque dimidium in proportione radiorum est secandum et minor pars apponenda centro, indeque perpendicularis excitanda in BB circumferentia, nam tria B in eodem puncto jacebunt. Sed in utramque partem non erit eadem recta, sed duae aequaliter demissae.



Generalis ratio haec, quod idem etiam fit per lineam ex ε in fines radiorum $\varepsilon\varepsilon$ emissam. Itaque quota parte de $\varepsilon\alpha$ ab ε descenditur, tota pars distantiae centrorum secabitur in proportione radiorum et minor pars centro minoris apponetur. Est autem μ punctum concursus omnium talium linearum a δ usque α et ζ. Quando puncta deserunt connectentem manentia in ejus perpendiculari proportionaliter divisa, tunc egressa ad longitudinem $\varepsilon\alpha$ et partis distantiae centrorum minori⟨s⟩ proportionalis lineam suam erigunt, ut sit parallela diametri ej parti quae habet sectionem, totaque egressio habet rationem sinus totius recti. Si per $\varepsilon\zeta$ eat circulus,

[1] *Figur nicht wiedergegeben*



omnes parallelae $\gamma\varepsilon$ secantur in semicirculo ε. Quaecunque sectae oriuntur ex punctis extra $\varepsilon\alpha$, $\alpha\mu$, ut ν. Sunt in aliqua $\varepsilon\mu$ et parallela ⟨pro o⟩ prodit earum inclinationem. '

Quae in Theoria Martis restent exploranda. *XIV, 351 (519)*

Duo sunt quae theoriam Martis reddunt intricatam, sphaera Solis et sphaera ipsa Martis. Sphaera Solis non quidem in eo praecipuè, quod hactenus exemplo antecessorum dispositio orbium Martis relata fuit ad medium locum Solis. Nam hoc jam praeventum est: et non debemus videri neglexisse eccentricitatem Solis, si planetam ad locum medium Solis referimus. Hoc enim ipsum includit inaequalem Martis a Sole distantiam in toto ambitu orbitae solaris. Ac etsi aliquid infertur diversitatis hoc nomine, quae in aequatione eccentri ad 5′ scrupula, in parallaxi verò ad 42′ et amplius excurrit, id tamen accidit propter ipsum Martis orbem, ob hanc causam aliter ordinandum, ut postea dicemus. Sed hoc nomine venit aliqua ex orbe Solis in Martem diversitas, quod eccentrici Solis non est tanta eccentricitas, quanta aequalitatis solaris est eccentricitas. Id ego deprehendi hoc medio. Quaesivi aliquot articulos temporum, in quibus Mars praecisè esset eodem in loco eccentrici, ut ita mihi non opus esset cognitione dispositionis orbium Martis. Cum ergo per tres hujusmodi observationes trium parallaxium orbis annui, tanquam per tria puncta processissem ad inquisitionem circuli, prodijt eccentrici solaris eccentricitas circiter dimidia eccentricitatis a ' M. D. Tychone assumptae. Ut ita vel *XIV, 351ᵛ* aequans Ptolemaicus vel circellus Copernicanus non minus in Sole sit statuendus, quàm in caeteris planetis. Prodijt etiam apogaeum Solis, lineâ a Terrâ per eccentrici centrum trajectâ, circiter 30 ♎, quod parum abest a 6 ♋.

Veruntamen, cum rem hanc non per unam tantum trigam parallaxeon annuarum ad idem eccentrici Marti⟨s⟩ punctum relatarum, sed per alteram atque tertiam explorarem, prodijt aliqua diversitas et videbatur haec eccentricitas aliquanto minor, apogaeum vero jam in 28 ♎, jam in 8 ♋ cadebat seu vitio et praecipitantiâ calculi seu quacunque alia ratione. Cum igitur etiam per se ipsum suspectum sit, assumere quantitatem aequantis

praecise dimidiam eccentricitatis totius, erit igitur ante omnia hoc ipsum majori praecisione tentandum, quàm hactenus a me factum est. Hoc fundamentum erit omnium, quae porrò in Marte tentari possunt. Ubi de quantitate convenerit, construatur postea tabula ad singulos gradus ab apogaeo Solis, exhibens distantiam, Solis a Terrâ. Simul etiam revideantur aequationes eccentri solaris, quae circa 45° gradum ab apogaeo mutabuntur (si dimidia sit eccentricitas nova antiquae) unius scrupuli quantitate circiter.


Jam quod ipsum Martis eccentricum attinet, in eo primum aequationes non bene ha-
XIV, 352 bent[1], ideoque vitiosa est proportio circellorum. Nam *ακρονυχίοι* ' observationes ha-
(521) bent hoc vitij, quod reductio locorum eclipticorum ad orbitam Martis facta est per latitudinem maximam boream et austrinam, quae debuisset fieri tantum per angulum inclinationis eccentrici. Hoc pacto decem alicubi scrupula sunt addita, ubi non ultra unum fuisset addendum. Itaque exurgit ex comparatione dextri et sinistri semicirculi differentia circiter 20′ minutorum. Quod si de novo struantur prosthaphaereses, apogaeum quidem aut eodem loco manebit, aut parum admodum mutabitur, at variabitur proportio circellorum, forsan et ipsa aequantis eccentricitas nonnihil emendabitur, sic ut maximae aequationes fiant paulo majores aut minores. Manebit apogaeum ideo, quia nodi sunt ferè in longitudinibus medijs, et verò aequaliter a nodis aequalia per reductionem ad orbitam sunt addita. Mutabitur aequatio maxima propterea, quia per reductionem jam dictam Mars utrinque et ad apogaeum et ad perigaeum propius fuit ad motus, quàm re vera erat. Conditio verò circelli hoc affert, ut si removeat Martem ab apogaeo in utramque partem, propius eum ad perigaeum admoveat aut contra; sicque alterutro loco contrarium ej, quod decet praestabitur, si solam proportionem circellorum mutemus. Itaque omninò et ipsam eccentricitatis quantitatem in subsidium advocare debe-
XIV, 352v bimus. Proderit autem hanc aequationem tabulam duplici ter restituere. Primùm relata Martis eccentricitate ad medium locum Solis. Hoc modo constitutae aequationes calculo usitato servient, nobisque prodesse poterunt ulteriora tentantibus different tamen nihilominus a veris in locis aliquibus circiter 5′ scrupulis propter causam post dicendam. Deinde etiam hoc modo erit construenda tabula aequationum, ut omnes primum oppositiones Martis et Solis reducamus ad verum locum oppositum Solis, deinde per angulum inclinationis maximae (si haec scrupulositas necessaria videbitur) verus locus oppositus Solis erit reducendus ad orbitam Martis, qua reductione nuspiam ultra 1′20″ mutabitur locus Martis. Hoc pacto si struantur ex 10 observationibus acronychijs novae aequationes, cadet ipsarum aphelium (loco apogaei hanc vocem jam substituo) in 6 gradum ♍ circiter, eritque eccentricitas aequantis a Sole paulo minor quàm a medio loco Solis. Licet id etiam experiri per triangulum ABC, ubi A est medius locus Solis, C Sol, B centrum aequalitatis Martis (more Ptolemaico), AC eccentricitas Solis tota, ut hactenus ⟨illa⟩ fuit usurpata. AB eccentricitas maxima Martis hactenus credita. Erit ergo CB eccentricitas a Sole. BAC angulus circiter 47½, quantum est inter 6 ♋ et 24 ♌. Atque ut hinc commodè ad id transeam, cujus jam bis feci mentionem: sciendum, quod si ad Solem ipsum referantur eccentricitates id aliter fieri non possit, quâm modo jam depicto,




XIV, 353 trajecta scilicet linea ex ' corpore Solis per B centrum aequantis antiquum, vel non mul-
(523) tùm mutatum. At si hoc fiat, tunc utique centrum viae planetariae, quam planeta ipse suo corpore decurrit, non poterit amplius esse in D puncto lineae AB apogaeae, sed cadet necessariò in E punctum lineae CB apheliae. Quo pacto orbis Martis ad dextram loco suo movebitur. Etsi igitur utroque modo, vel si D vel si E sit centrum eccentrici, semper ijdem anguli aequalibus temporibus ad B constituentur: tamen cum Mars tantum duobus locis circa D et circa E currens, aequaliter utroque modo ab A vel C remo-

[1] *am Rand* Haec demum die pascalis

veatur, caeteris verò locis omnibus alias per D centrum, alias per E distantias faciat: hinc oritur aliqua parallaxis. Nam linea δε cadit circa 2 ♋, ibique et in loco opposito ostendit maximam distantiam orbitarum Martis. Sed si ad utrumque locum Martis et in una et in altera orbita existentis linea ex A ducatur, eae duae lineae nondum maximum angulum facient, quia ibi aequationes non sunt maximae. In longitudine verò mediâ vel prope, cum sit adhuc magna orbitarum Martis distantia, fit angulus dictus variatae aequationis eccentri circiter 5′. In parallaxi verò annua 42′ vel 45′ scrupula hinc conflari poterunt. Erit itaque explorandum an parallaxes annuae locis ex hac speculatione emergentibus tantam variationem possint ferre: quod etsi nondum ipse exploravi, tamen, quin fiat, nequaquam dubito. Nam hoc evidentissime ex latitudinibus acronychijs latiori modo consideratis apparuit distantias Martis a Sole (retuleram e'nim diametrum *XIV, 353v* nodorum ad ipsum corpus Solis, non ad medium locum Solis, quod etiam experiundum erat an esse possit) maximas fieri circa 2 aut 6 ♍, non circa 24 ♌. Idque pulchrè cum triangulo supra posito consentit. Sic constitutis tabulis primo distantiarum Solis a Terra, post aequationum eccentri poterimus postea accedere ad investigationem proportionis annui orbis ad orbem Martis, quod etsi nondum certissimè constat, tamen non longè aberit ab hac ratione ut sit semidiameter Martis 151 580, qualium semidiameter ⊕ 100 000, eccentricitas vero simplex 14 160 circiter. Sed cum hanc constituerem, nondum de Solis aequante scivi.



Porrò in modo investigandi notabile aliquid altero pascalis die animadverti, quod per triangulum ABC explicabo. A Sol ipse, B Terra, C Mars. Dabitur igitur ex antea requisitis AB ad singulos apogaei gradus; BAC est angulus commutationis, qui per verum locum Solis constituatur. BCA angulus parallaxeos. Sed C et A anguli sic sunt constituendi. Fingamus circulum magnum transire per locum Solis oppositum et per corpus Martis. In illius circuli plano est triangulus BAC. Rectius id explicavero per duo alia triangula. Sit D verus oppositus Solis, DE ecliptica, DF orbita Martis, EF arcus circuli magni per polos eclipticae transeuntis, dime'tiens inclinationem plani Martij ejus loci. Datur ergo EF ad omnem a nodis distantiam. [...] Datur etiam F locus Martis per distantiam a nodo coaequatam. Facile igitur invenitur beneficio anguli E recti, locus E in ecliptica. Ergo ED commutatio usitata (nisi quod D est verus locus Solis⟨⟩). Denique igitur ex FE, ED quaere FD veram anguli commutationis dimensionem, anguli sc: BAC. Eodem modo sit jam E locus eclipticus, ad quem visus locus Martis reducitur. F sit visus locus Martis. D verus oppositus Solis. Datur ergo ED ex subtractione visi loci a loco causâ eccentrici, datur et EF latitudo visa et FED rectus. Hinc quaeratur FD vera dimensio anguli parallaxeos BCA. Hoc nisi caveatur, multum infertur, praesertim ubi angulus commutationis est valde parvus, ubi latitudo se immiscet notabiliter.



XIV, 354 (525)

*

Qualis mea opinio futura sit Theoria Martis.


Calculatio quidem erit satis intricata, sed hypotheses simplices. Martis à vero loco Solis eccentricitas tota erit circiter 18 583, qualium radius orbis 100 000, de qua debebitur apogaeae et perigaeae 10 670 circiter. Aphelium cadet in $28°31\frac{1}{2}'$ ♌ circiter. Et additur 58″ longitudini mediae Tychonicae. Per hanc suppositionem in 8 certioribus *ακρονυχίοις* sitibus nuspiam ultra 6 scrupula aberratur. At verus ille locus Solis, unde pendet haec eccentricitas Martis, non tantum distat a Terra in revolutione annua, quantum fert eccentricitas maxima. Minuitur enim illa in apogaeo et perigaeo circiter dimi-


XIV, 354v dia ' parte: fitque sphaerae Martis centrum (☉ in ♋ versante) propinquius, in ♑ remotius a Terra.

[...] Quod latitudinem attinet, illa etiam a Sole pendet. Habebit enim planum sphaerae ♂ constantem et non libratam inclinationem ad planum sphaerae ☉ circiter 1°54′36″ et transibit diameter nodorum per ipsum corpus Solis: fientque non mediae, sed verae oppositiones ♂ et ☉, indices locorum ubi sunt nodi. Estque ideo semicirculus borealis major semicirculo justo circiter 2° gradibus. Hypothesibus jam certò constitutis, ratio calculi talis erit. Colligentur medij motus Martis. Subtrahetur aphelium, cum anomalia ex tabula prosthaphaeresium excerpetur aequatio eccentri addenda vel subtrahenda motui medio, ut habeatur verus motus in eccentrico.


Secundo quaeretur distantia ejus vera (causâ eccentrici) a nodo, et per hanc et angulum inclinationis maximae capietur vel ex sinuum doctrinâ vel ex tabula peculiari, inclinatio plani ab ecliptica competens illi loco eccentrici, in quo reperitur Mars[1]. Simul etiam vel per distantiam a nodo et angulum jam inventum, vel per illam et angulum inclinationis maximae, vel denique per utrumque angulum determinabitur arcus ecliptica DG interceptus inter D nodum et circulum latitudinis GH per corpus Martis H transeuntem, qui arcus a distantia Martis a nodo DH nuspiam differet plus 1′12″.

Tertio ad susceptum tempus quaeretur locus Solis verus (de commutatione enim nondum fixas habeo cogitationes) una cum justa ejus distantiâ a Terrâ in proportione qua-
XIV, 355 (527) lium eccentricus ♂ est 100000, idque ratione habita aequantis ☉. ' Cum[2] hujus loci ☉ oppositum comparaveris ad locum ♂ causâ eccentrici, quemadmodum ille praecepto secundo ad eclipticam est reductus, emerget angulus, quem commutationis angulum simplicem appellabimus. Per hunc et angulum inclinationis supra praecepto secundo inventum, tanquam per duo latera circa rectum in triangulo sphaerico quaeretur[3] et angulus arcui inclinationis oppositus in futurum usum et[3] basis recto subtensa: quae basis prodet quantitatem anguli commutationis coaequati: qui comprehenditur inter lineam per Terram et Solem interque lineam per Solem et Martem productam. Habemus duo latera cum incluso angulo: sc: TS. SM cum TSM[4]. Quaeritur quarto angulus MTS cujus complementum prodet distantiam Martis ab opposito loco Solis in circulo magno per utrumque corpus transeunte.





Quinto per hanc distantiam modo inventam tanquam per basin et per angulum, qui supra arcui inclinationis oppositus dicebatur, quaeretur in triangulo sphaerico latus utrumque circa rectum. Sit BAC sphaericum rectangulum. C oppositus verus Solis, ACB angulus arcui inclinationis oppositus, CB distantia Martis visa ab opposito Solis vero. Est BAC rectus. Quare dabuntur latera BA, latitudo ♂ visa et AC distantia ♂ visa ab opposito Solis vero. Sicque calculus erit absolutus. '



[1] *am Rand* Distantia vera a nodo DH. EDF angulus inclinationis maximae. GH arcus metitur angulum inclinationis huic loco competentem.


[2] *am Rand* IK arcus metitur angulum inclinationis loco ♂ competentem. IL arcus metitur angulum commutationis simplicem. KL metitur ang: com: coaequ: sc: TSM.

[3-3] *Hinzufügung*

[4] *am Rand* Linea TS est in plano eclipticae, SM in plano Martis. TM intersepit utrumque planum.

D[1] nodus, H Mars, S Sol. DH distantia vera a nodo.[2] EDF vel ESF angulus inclinationis maximae. GH metitur angulum GSH, huic loco H competentem. Sit Terra in L. Ergo LSG est angulus commutationis simplex quem metitur LG arcus, si jam fingamus circulum DLG ex S centro descriptum esse. Cum ergo sit HGL rectus, major erit angulus HSL, quem metitur HL arcus, quàm GSL. Estque HSL angulus commutationis aequatus. HHSL est unum et idem planum neque in plano Martis, neque in plano orbis magni. HLG est angulus inclinationis arcui. HG oppositus. Estque necessarius ad computandam latitudinem. Ex hoc enim et distantiâ Martis a loco ☉ opposito (nempe ab L) in circulo magno [1] in cujus plano descripta est linea LH, ex his inquam duobus computatur in triangulo sphaerico primò latus angulo L oppositum, quod est latitudo visa, deinde distantia Martis ab opposito Terrae ecliptica, quae est in circulo verticali supra LG, sed ab L longius ultra quae porrigitur.

XIV, 355v



XIV, 356 (529)

Hic tentetur aliqua aequipollentia hypothesium.


In adjectis ad 324 est eccentricitas tota 18 557, eccentrici 11 613, aeq: 6 944. Sit anomalia coaequata 90. More ergo Ptolemaico erit BDA 6°40′ 8″ et DA 99 323.

83.19.52

Si 99 323 dat 18 557 quid 100 000 {...} 18 683 tang. 10°34′58″

tota aequatio 6.40. 8

aequantis 3.54.50



Anomalia coaequata 45° s. 70711 Sit etiam coaequata 135°. Manet BFA 4.42.38

4°42′38″ 11613 FBA 40.17.22

49.42.38 EBC {...} 49.42.38

40.17.22 8212 76 280 000

646 650 000 | 75670 6944 | 128 700

6944 37. 6.53 {...} 52. 9.16

{...} 52.53. 7 37.50.44

5

tota 7.53. 7 tota 7. 9.16

[1] *am Rand* Puncta S.D.D.H.H.F sunt in plano Martis ut et circulus DHF.

[2] *am Rand* HGD rectus sic et FED.

Jam ut inveniatur quantitas eccentricitatis ex tota aequatione in 90 gradu coaequato data pro aequatione physicâ, perfalsi est agendum. Sit EC cent: 9200, subtendit 5°16′44″

5.16.44 $\frac{5}{4}$ ferè 99576 84.43.16
5.14.57 [...] 4600
10.31.41 {...}
458050 | 5°14′57″.[1]
{...}

XIV, 356v [...] 5.16.47 Supra erravi 10.34.58 debuit 84.41.26
5.18.34 10.31.41 inveni 99571
10.35.21 3.17 4627
10.34.58 22 per 9 {...}
23 1.50 per 5 460715 |
13 5.16.44 {...} 5°16′47″
5.18.21 5.18.34
9248 correctissimè 9254
18496

In gr. 45° 70711 48.44.58 3.59. 3
9248 75183 3.44.58
{...} 4624 phys: 7.44. 1
6539 3.44.58 {...} Ptol. 7.53. 7
[...] 347646 | hic minus 9. 6
{...} 3°59′3″

1. Quod Mars percurrat eccentricum ea libratione, quae inventa est, ubi tota eccentricitas in 3 et 5 dividitur, experientia constat observationum acronychiarum et aliarum.

2. Quod non faciat eas altitudines, patet ex computatione parallaxeos apogaeae et perigaeae, quae ad dimidiationem intendit digitum.

3. Quod [altitudines sint et] loca eccentrica accedant proximè hypothesin physicam, patet si hypothesin physicam cum inventa compares. Et ex schemate si compares distantias parallacticas in apogaeo et perigaeo cum distantijs hypotheseos, ⟨Ptolemaica anguli enim di ...⟩

4. Quod et altitudines sint proximè quales in physicâ patet si physicas cum inventis per parallaxes in apogaeo et perigaeo conferas.

5. Loca a physicis nonnihil discrepent patet, si inventam hypothesin cum physica conferas, peculiariter aptata.

6. Quod et altitudines a physicis differant patet, si altitudines alias cum apogaea et perigaea conferas.[1]

XIV, 357 (531) Ergo si aequatio physica constituitur verè per trianguli aream (quod de restat nonulla dubitatio) huic sequitur, aequationes Martis non planè physicè moveri, sed ab apogaeo tardius paulo, quam fert ratio physica, quia physica, non tantum subtraheret, quantum subtrahit Ptolemaica. Physica igitur plus illi viae relinqueret quàm ipse conficit. Versus perigaeum aequatio physica est auctior, quam Ptolemaica, et verò subtractoria. Plus igitur dimovet et ipsum physica a perigaeo, rursum ergo physica plus illi viae relinqueret, quam Ptolemaica. Ergo circa apogaeum et perigaeum ♂ tardior est quam physica patitur, quia minus viae conficit, quam physica monstrat. Contrarium circa longitudines medias. Id planè convenit cum eo, quod circa longitudines medias ♂ propius accedit quam circa apsides. Nam inde fit ut area circuli ♂ ovalis coacervetur magis versus lineam apogaei, quare et mora.

Quod planeta Solem circumvolvitur is motus a Sole efficitur et dispensatur ad modulum distantiae, et fit in tempore et per mensuram temporis. Est enim motus naturalis. Quod planeta variat distantias a Sole, is motus a planeta efficitur, et dispensatur per mensuram non temporis, cum non sit motus naturalis, sed magis animalis, sed ad mensuram confecti spacij, quae est res geometrica, ejusque sensum inesse planetae par est, cum id spacium transvehatur. Ac si id non capit mente geometricâ per se, ut spacium, certè capiet id collatione ad fixas et Solem. Ita manent distincta officia Solis et planetae, neuter usurpat sibi jus in alterius officium, quod accideret, si planeta circulum intenderet ex sua et Solis facultate compositum.

Sed ne hoc quidem obliscendum, etiam eccentricitatem ex parallaxi apogaea et perigaea prodire minorem dimidia et tali quae proximè officium faciat, physicè instituta. Haec sic discernemus. 1. Propter figuram ovalem, si etiam illa sit eccentrica, supra tamen et infra aequalia accedant, necesse est in octantibus fieri inaequalitatem majorem. 2. At quia fit figura infra compressior, ideo plus in proportione accedit apogaeo quam perigaeo. In distantijs igitur utimur parva eccentricitate in locis majore. [1]

Ex fol. 481 vide quantum efficiatur in parallaxibus orbis, si Mars haberet distantiam tantam, quanta ex apogaea et perigaea sequitur. *XIV, 357ᵛ*

Prius vide quid efficiatur si in apogaeo et perigaeo tanta fieret distantia, quanta ex 3 locis sequitur.

Nam fol. 475	est radius	151 400
Et f: 476	eccentricitas	15 302
* In *Commentarijs*	166 487	apogaea	166 702
	138 550.	perigaea	136 098

Sit Sol ubique in ☐ et inaequali a ⊕ distantia 100 000.

Ap: com. 53. 5.
Ap: jam prob: 53. 9.
4 Hic non fide ⟨...⟩ quantitate.

Erunt hi 4 secantes
perigaea *Commentari* 43.48
perigaea jam probata 42.43
Hic intolerabile. 1. 5


Danda nobis est opera, ut per totum circuitum maximè in multis locis circa perigaeum exploremus quantitates distantiarum. Et quidem non indici et probatione in caeteris, magnam turbam futuram parallaxium, si distantias ex apogaeo et perigaeo sumamus. Nam si non 65′ scrupula efficientur, at 30, aut certe 20′ efficientur omnia sanè intolerabilia.

Imo hoc etiam probemus. in ♍ suo parum effici, sed in ♎, maximè in ♉ videndum.

Sit BH 29. 0 ♌
AE 14.49 ♉
BAE 104.11
75.49 [...]

Ut BAE ad BE, sic ABE ad AE, et sic BEA ad AB[1]. Prius quaere BEA. Sunt nempe operationes tres. Ut BE ad BAE, sic BA ad BEA.

96 952 — 5. 5. 0 — 94470
9165 — 75.49 — 152518
{...} — ABE 70.44 — {...}
885 01 — 143 976 992 00 | 148 503
96 952
{...}



[1] *Kepler* B

Prodit 148 503
Ego inveni 147 580
Ergo anno 93. 12 ec. in □ ☉, ut ponamus ☉ mediocriter distare, si fiant secantes, arcus sic erunt:

47.40
47.21
19

Differentia nimia. Non consentirent observationes 4, si radius tantum efficeret perlongatus supra justum.'

XIV, 358 (533[a]) Causa facta est plausibilis, si hoc totum modo dubium tollatur, cur non potius dicamus, diametrum circelli, quo ♂ eccentricitatem conficit, quo et apogaeum, semper easdem fixas respicere? Quia sic ♂ alligaretur ad aliquod punctum imaginarium, Sol operaretur in punctum, et per id traheret Martem, quae sunt absurda, et quia frustra circellus, qui non convertitur.

At quid intendit ♂ num circulum? Utique, at eum quomodo ordinatum? num circa aliquod punctum orbis? Vanum. Hactenus quidem sum imaginatus ipsum in numerato habere, quae nam sint futurae distantiae a ☉ ex circulo, eas ipsum feci conficere respectu viam suam. Quasi verò fallatur, qui tenet radios perfecti circuli circa Solem, eosne illum hallucinanter transponere?


Considera aliter. Circulum facturus fuit elongationibus a Sole, sed causa adventitia est, quae hoc illum meditantem impedit illa facit, ut nisus ejus plures in superiorem semicirculum cadens, quam fert circularis ratio. Et pauciores infra, quae ratio fert. Itaque semicirculus superior compressus est, inferior est ductus et oblongus. An hoc facit tempus? Iterum ergo planeta quoque spectaret tempus. Ut quot diebus supra manet, tot diurnorum eccentri (potius aequantis) distantias facit supra, cum tamen non tanta pars eccentri sit supra. Spectat igitur planeta Solem, et auctione anguli visorij, quo Solem comprehendit ex distantia (intellectu, non visu, angulus enim nihilominus manet, etsi oculus non sit), metitur suum ad Solem accessum, scit, si perfectus fiat circulus, cuius ipsi sensus inest, qualiter aequalibus temporibus augeatur, eas augmentationes accessu suo conficit, dimensus tempora. Haec ratio verisimilior. Conficiuntur ergo, seu computantur distantiae a Sole per anomalias eccentri, excerpuntur vero per anomalias simplices. Habet notitiam suae eccentricitatis et temporis restituto' rij, quo apogaeum promovet. De caetero non est sollicitus, quorsum feratur. Fixae vero serviunt ipsi ad indicanda laetoria mundi, dirigendum it⟨em⟩, transponendosque nodos, forte et apogaeum. Nam non turbat ipsum period⟨us⟩ circa Solem, quae sub fixis evanescit. Ita liberatur aspectu alienae potentiae et non admittitur inaequalitas ejus motus, quae causam nullam habet. Motus ex Sole inaequalitas sanè causam habet. Ita non tamen tempus ex circulo aequantis mutuatur, sed etiam distantiarum numerum. Nam quae per Solem ad rectas lineas apsidum hunc numerum dirimit. Tantum ⟨eo⟩, ut memineris, distantiam computandam in eccentricitate eccentrici.

XIV, 358[v]

Res eo recidit, ut cum Ptolemaeo contra Copernicum dicamus circellum, quod conficitur eccentricitas circa apogaeum ex aequa⟨ta⟩ regulariter incedere, sic quidem puto.

Sic rem explicabimus.

[a] *Kepler* 532



Sol circulum affectat. Planeta itidem. Sed alter alterum impedit. Sol aequaliter in circulum moturus erat, cum non habeat vim vel trahendi vel propellendi, sed simpliciter agitandi. Ergo ea debet⟨ipsi⟩circularis circa Solem. At planeta quoque circulum affectat, ut Soli annuat et abnuat. Hoc pacto impedit Solem, ut is inaequaliter moveat aequalibus temporibus, discedens enim a Sole in imbecilliore virtute est. Et jam planeta quietus et liber a motu Solis, aequalibus temporibus, aequales circumferentias conficiet, et aequaliter ad Solem accedet in circulo (sicut prius Sol liber a planetae motu planetam aequaliter in perfectum circulum restituit)[1], et is per alium circulum circa Solem disseminatus perfectum faciet circulum ex utroque motu compositum.

Sed jam inaequali virtute Solis motus, aequales progressus suos, aequalibus temporibus confectos in spacia circuli restitutorij inaequalia disseminat. Si via ipse circulus esset, planeta aequalibus temporibus inaequaliter motum suum intenderet.

Tempus non numerat. Cujus enim ea esset conversio.[2] Non sua. Nam ea inaequalis. Nisi forte sui corporis, sed naturali contentione motus, tempus ipse sibi facit aequalitatem motus spectans, tempus efficit. ' Demonstrationem[3] per eccentricitatem simplicem. *XIV, 359 (535)* Si planeta aequaliter moveatur circa centrum sui circuli, apparentem ejus inaequalitatem ad quodcunque punctum intra ambitum sui circuli referri posse. Nam etsi ex uno puncto videatur ejus apogaeum in Leone, ex alio in Virgine etc. sic etsi ex uno major apparet inaequalitas et eccentricitas, ex alio minor: tamen quia Mars ipse in suo motu non admittit inaequalitatem aliquam, sed tantum videtur inaequaliter moveri ideoque suo simplici motu omnibus sic assumptis centris et in illis habitis observationibus satisfacit. Idque tam in suppositione eccentrici locum habet, quàm si ex quolibet assumpto puncto scribatur peculiaris concentricus cum epicyclo, cujus semidiameter aequet eccentricitatem ab assumpto puncto.

Quod si Mars in simplici eccentrico incederet, jam ejus motus inaequalitas ad verum locum Solis esset accommodatus.

Sed quia in Marte praeter simplicem eccentricitatem est etiam circellus, ideo secundo loco fol. 18. 19. 20. 21. probatur, idem etiam locum habere, si simplici eccentrico addamus epicyclium, vel aequantem, dummodo id epicyclium pendeat a Terra, undecunque pendeat simplex eccentrici inaequalitas. Nam per suppositionem epicyclij sive aequantis planeta verè in illo circulo quem corpore suo describit, fit inaequalis celeritatis: et sic non alio atque alio loco ambitus sui tardus est, sed semper uno et eodem loco, undecunque is locus aspiciatur.[4] Infra fol. 53 haec continuantur[4].

Folio 22. 23 probavj per numeros, multum variari aequationes, si manente eâdem quantitate eccentricitatis maximae et compositae, proportio particularium circellarum varietur.

* Fol: 24. 25. Varia proposui epichiremata, quibus aequationes eccentrici retineri et tamen proportio orbium variari possit, ut consuleretur parallaxibus orbis annui. '

[1] *Randbemerkung* Non est bona definitio motus aequalis cujus partes tempori sint proportionales. Definitur enim sic ratione intellectus. Inest in ipsa motus esse alia causa aequalitatis, unde hac temporis aequalitas postmodum sequitur.

[2] *am Rand*: id formae naturales

[3] *bei Kepler klein weiter*

[4–4] *Zusatz*

XIV, 359v Fol. 27. adortus sum ipsas parallaxes orbis annui, apogaeam scilicet et perigaeam. Et quidem in perigaeâ extruxi proportionem semidiametrorum

Solis et Martis fol. 28. In apogaeo sic, fol 30.

♂ 100000.	☉ 72459	♂ 100000	☉ 60101
♂ 138011.	☉ 100000.	♂ 166386	☉ 100000.

Quare per compositionem fol. 31 proportio semidiametrorum talis

♂	100000	vel 152200	
☉	65703	100000	
eccent. ♂	9322	14190.	Haec tamen infra paulò aliter[1].

Ea occasione simul ad latitudines illis locis notatas accessi. Cumque inventam proportionem orbium praesupposuissem, apparuit post extricationem parallaxeos annuae non posse nodos reponi in loca anomaliae coaequatae opposita praecisè, nec transire diametrum nodorum per medium locum Solis. Nam si hoc praesupponeretur, sequebatur, inclinationem plani eccentrici ad planum eclipticae in perigaeo esse 2° gr:, in agogaeo vero tantum 1°49′. Itaque planum eccentrici confractum in nodis poneretur.

Id quia videbatur absurdum, praesupposui inclinationem apogaeam aequalem perigaeae, et exploravi, quorsum caderet sectio planorum. Cecidit autem praecisè medio loco inter centrum annuum et centrum eccentrici Martis in apogaeo et perigaeo situ: fuitque angulus inclinationis 1°54′. Sic ergo correcta sunt, quae supra fol 13.14 vitiosè extruxeram. Corriguntur autem haec eadem infra. Conjecit autem me haec contemplatio latitudinis et nodorum in varias suspiciones fol. 32. 33, quare id ita fiat et qua ratione physicâ fieri possit, quidque latitudines in aequationibus turbare possint. Folio 34. 35 perrexi ex assumptis et demonstratis, constituere latitudinem maximam boream et austrinam, sequebaturque borea 4°35′, austrina 7°16′. Infra etiam paulo aliter.[1]

XIV, 360 (537) Hisce constitutis sumpsi aliam fol. 36 latitudinem *ακρονυχίαν* extra lineam apogaei, et constituta prius inclinatione loci illius ad eclipticam, praesuppositâ etiam in variatâ inclinatione maxima exploravi, an et aliae latitudines sequiturae sint. Et successit quidem fol 37. 38 in unâ assumpta. Sed cum periculum facerem, an mutata proportione eccentrici talis ejus loci citò magnum aliquid inferatur circa latitudines, deprehendi faciles esse latitudines nec nisi lato modo testari de motibus et dispositione orbium Martis.

Accessi itaque f:39 ad alias parallaxes annuas praeter apogaeas et perigaeas. Cum autem praeter observatum locum Martis ejusque supra constitutam eccentricitatem minimam nihil ferè assumerem, ne quidem aequationem eccentri accidit ut in varias implicarer difficultates, ex quibus me extricare nitebar per latitudinem ibi observatam fol: 42, post per aliam fol. 43 et quidem *ακρονυχιον* observationem eodem loco eccentrici, cujus ope aequationem eccentri addiscerem, loco illi competentem. Erant enim mihi suspectae aequationes tabulae Martiae propter praesuppositam aliam commensurationem orbium, quàm ego ex apogaeis et perigaeis observationibus constitueram. Et tunc ferè mihi persuasi, viam Martis circa eccentricitatem apogaeam esse circularem, quod tamen falsum est. Circularis quidem fortasse manet, sed circa aliud centrum, et inaequalis motus.

Folio ergò 44: Incepi incrementum aequationum eccentricarum supra eas quas affer⟨t⟩ eccentricitas apogaea simplex, in circellum latitudinum conjicere per talem hypo-

[1] *am Rand* 153600. Ex comparatione verorum apogaeorum et eccentricitatum aequantis cum terrestri. 1.729 ex aequalibus *ακρονυχιοις*, sed tamen major ex quibusdam annui orbis parallaxibus.

thesin, ut Mars circumcurreret in circello ad eccentricum recto ejusque marginem suo centro contingente. Nam hoc modo si planeta nullam haberet latitudinem, aequatio latitudinis ca⟨usa⟩ fieret maxima. Sin esset planeta in limitibus, latitudo aequationem dabat nullam.

Haec tentanti placuit prius eccentricitatem minimam illam et simplicem in apogaeo ad Solem referre. Cadebat id aliter, quam su ' pra fol: 1 propter duas causas. Primo quia *XIV, 360ᵛ* linea apogaei trajicienda fuit a Sole per centrum non eccentrici Copernicani, quem centrum circelli descripserat, sed per centrum eccentrici Ptolemaici seu [...] via quam corpore planeta describit. Deinde etiam ideo, quia quae supra assumpseram, hic pleraque mutata erant. Incidit itaque aphelium ex dictis assumptionibus in 6°12′ ♍. Quod infra repetetur.

Cum autem non esset tanta semidiameter circelli latitudinum, quae unâ cum eccentricitate supra constitutâ produceret aequationem eccentri maximam in long: med: gr: 11°24′, ut exhibetur ea in tabula Martis: ideo tertiò loco admisi fol. 45 etiam aequantem, cui fol: 46 centrum assignarj. Fol. 47 est ordo praecepti ad construendam tabulam aequationum et fol: 48 jam rudimentum tabellae. Ubi in fine apponitur differentia aequationum salvanda per aequantem.

Ex illa itaque differentia tentavi centrum aequalitatis, quo haec differentia salvetur, investigare, assumptis duabus differentijs hujusmodi ijsque demonstratione geometrica fol. 48. 49 ad unum punctum deductis. Invenique fol. 51, quod aequantis huius distantia a centro orbis annui debeat esse 6863, qualium eccentricitas ♂ 9322. Pendebatque apogaeum ejus respectu medij loci Solis a 0°42′ ♍. Sin autem deberet ille aequans a lineâ aphelij penderè, manifestè patebat, et ad oculum, quod differentia illa aequationum ab illo salvari nequiret. Nam supra demonstratum hoc est.

Adegit me, res ea fol. 52. 53, ut omissa hae permixtione trium causarum, eccentricitatis scilicet, circelli latitudinum et aequantis pro retinendis aequationibus eccentri: resumerem supra fol 20. 21 intermissam inquisitionem hypothesium aequipollentium.

Theorematis generalis propositio haec est. Si ex centro aequantis (quod in linea apogaei est supra centrum eccentrici Ptolemaici seu viae planetariae) planetae motus sit aequalis circa ⟨pro-⟩ ...[1]

An quantitas anni ab aucta eccentricitate sufficienter augeatur. *XIV, 394*

Sit[2] eccentricitas 1800 hujus ceu sinus arcus est 1.1.53, complementum 88°58′7″, sinus 9998380 sit hic duplex. Adde 100000 quasi duplum, habes 19998380. His quasi quatuor graduum distantijs, duobus in longitudine media, duobus in apogaeo et perigaeo, debentur temporis 2° quasi essent 4, quia dimidiorum eadem est radio. Ergo uni debentur $\frac{20000000}{19998380}$ gradus, quatenus is mensura est temporis. Hoc sumptum trecenties sexagies, demptis exiguo mi numero tertijs, facit 360. Sit jam eccentricitas Ptolemaia 2085, arcus 1.11.41, complementum 88°48′19″, sinus 9997826. Ergo hic uni debetur mediari $\frac{20000000}{19997826}$. Haec iterum sumpta trecenties sexagies, demptis exiguo numero (sed alio quàm prius), tertijs, facit 360. Et quia consideratione[3] omnium 360 distantiarum, dum reputamus, quod minores sint 360 integris, venerunt uni mediocri, sic ut

[1] *Hier bricht der Text ab. Es folgen Ephemeridenrechnungen.*

[2] *am Rand* Nota si anni inaequalitas non a libratione aequinoctiorum, sed ab inaequali restitutione sub fixis, tunc aequinoctia possunt aequaliter regredi. Sin inaequalis regressus aequinoctiorum deprehenditur, non potest annus tropicus promovere aequalis, nisi siderium facias inaequalem.

[3] *am Rand* Nam praesupponitur semper binas distantias eodem ordine a finibus quadrantis versus graduum 45, sibi mutuo esse aequales.

posuimus: quare ut $\frac{20\,000\,000}{19\,998\,380}$ ad $\frac{20\,000\,000}{19\,997\,826}$, sic 360 ad quaesitum. {...} Ergo ut 360 ad 360°0′36″, sic annus ad annum. In tempore cum 2′28″ vel 148″ sint 60′ horae quid 36″ {...} 15′ ferè[1]. Indigueramus autem solummodo dimidio.

Non est autem admodum certa nostra operatio propter id quod in margine est additum. Nam circa apogaeum parum decrescunt distantiae, circa long: med. multum. Itaque a fundamentis extruenda est et illa aequationum tabula.

Nota eccentricitas constituit longitudinem aetatis, subtendit enim quartam partem differentiae. An sinus versus aequationis maximae similiter constituat longitudinem anni. Versus sunt 1620. 2174.[1]

XIV, 394ᵛ 2909 fit 60″ quid 1620 {...} 34″
quid 2174 {...} 45.

Differentia[2] inter 34 et 45 est 11, quater est 44, paulo plus quam supra collegeram. Sufficerent 22.

Omninò compendiosius haec tractari possunt, si essent demonstrationes. Nam non puto opus futurum operosâ inquisitione sinuum omnium summae, ut annua investigata fuerint[3].

Aliter. Sumam omnium versorum a 0 ad 1620 collegi $73\,675\frac{14}{2}$[4] quae summa est maximi paulo plus 45plum. Est enim fere progressio arithmetica. Nam in universum, si sinus colligas, multo plus colliges, quam 45plum, quid non 45tus sed ⟨309⟩ est dimidium totius. At si minimus sit versus, valebit plane arithmetica, jam exiguo major est nihilo, valet itaque fere, tantummodo $\frac{1}{2}$ accedit. Esto igitur sine computatione, summa versorum in eccentricitate Ptolemaei maxima 46plum totius.

Versus Ptolemaicus	2174	Tych:	73675
	46		910000000
	{...}		909926325
	100004		
	910000000		
	909899996	[...]	

Nullum melius remedium, quàm ut tabula aequationum fiat ad Ptolemaei tempora.[1]

XIV, 395 Nota causae difficultatum, quas hactenus sum expertus in eo sunt positae, quod aestimatio est facta per portionem temporis debitam mediocri radio, contra quàm oportuit. Nam etsi inventus est valor radij 1°0′0″17‴: Hoc tamen non ita est intelligendum, quasi medius solitariè tantum valeret, sed ita quod apogaea distantia juncta perigaeae valeat 2°0′0″35‴. At quantum valeat medius, ex gradu 89 et 91 junctis discendum est, ubi utriusque summa quidem juncta paulo minor est quam 2°0′0″35‴, sed si haec summa inter utrumque dividatur, portio major obveniet mediocri. Redit tamen res eodem. Nam quanto summa utriusque est brevior, tanto solitarij longior mora.

In genere non est leve negocium, quod quaerimus certò constituere. Nam videmur indigere et anomalia eccentri, itaque omnes omnino gradus proportionaliter constituendi, quantum de anomalia simplice requirant.


[1] *am Rand* Infra inventa 16′14″ certissima methodo.
[2] *am Rand* Infra collegi 40′ 2″2‴.
[3] *am Rand* Vide infra demonstrationem
[4] *am Rand*


73675	
162	$45\frac{1}{2}$
{...}	

Methodum hanc probo. Primo pergatur cum tabulâ aequationis ad nostra tempora. Deinde inquiratur, quantum uni integri gradui anomaliae eccentri de anomaliâ simplice debeatur ibi ubi triangulum est isosceles. Ea ipsa anomalia simplex transferatur ad consimilem gradum eccentri inter aequationes Ptolemaicas et quanta ibi est anomalia coaequata, tantum proportionaliter augeatur. Transferatur autem in eâdem proportione ad omnes omnino gradus anomaliae eccentri: et augeatur per distantiae auctionem.

Sequitur hic rei ipsius demonstratio

Sit B centrum eccentrici. C.A repraesentent Solem, ut BC minor sit eccentricitas, BA major. Ergo super basibus BC, BA constituantur isoscele, verticibus ad circumferentem quod fit BI sectis BC et BA in F.G et ex F.G punctis excitatis perpendicularibus FD, GE secentibus circumferentiam in DE et connexis D cum B. C, E cum B.A terminos. Ergo aequales BD, DC aequales et BE, EA. Sed BD, BE sunt aequales, ergo et DC, EA aequales. Hic ergo sunt motus punctorum D.E aequales, supra haec tardiores, infra longiores. Sit punctum apogaei H, perigaei I. Ergo in minore eccentricitate planeta est in HD tardior, in DI velocior. In majore in HE est tardior, in EI velocior quam in DC, AE. Cum ergo in majori eccentricitate sit majori in portione tardus, minore velox, plus ergo temporis ⟨comsumit⟩ illic quàm hic in tota restitutione.





Hinc apparet tutius non operari per gradus integros anomaliae eccentri. Hic nihil efficit quod H ex A tardius est, quam ex C. Nam contra et I tanto est velocius ex A, quam ex C. Sed hoc aliquid efficit quod punctorum, quibus multò tard ... est planeta, plura sunt, quam quibus nullo velocior. Quare qu ... planeta in H aequalis maneret velocitatis, jam prolon ... re. ⟨Quae⟩ramus accessum DE. At jam et in H velocior est gemino[1].

[1] *am Rand* Obiter. Ut LK data ad KN datam, ita PR quaesita ad KR. Vel ut LN ad KN, sic KP ad PR. Ergo per PR excerpe RL. Ut ergo LK ad RL, sic LN ad LO. Est autem PRO simile KRL et PSO simile KSM. Et ut illic LK, KM aequales, sic jam hic PO eadem. Et ut LN ad NO datas, sic OP data ad PR. Et ut MN ad NO datas, sic eadem OP data ad PS. Ut duae ergo LN. NM ad unam NO, sic una OP ad duas RP, PS. Et quae est bis tertia in regulâ, est differentia primarum in regula, et quartae in regula sunt excessus et defectus secundae in regula.

XIV, 395r Eccentricitas nostra 1800 BC subtendit 4′54″, duplum 9′48″
Ptolemaei 2085 BA Tanto est major portio tarditatis
285 CA
142½ FG

Quantum verò hoc in tempore efficiat, non puto sine⟨utriusque⟩ eccentricitatis aequationum tabulis integris inquiri posse.

Probabiliter agemus. BDC hodie est 1°2′. Ergo BDF 31′. Igitur HBD 90.31. In tempore 91°2′, DBI 89°29′, in comp: 88.58. Pone quod in toto quadrante sit aequaliter tardus. Ergo in superiori quadrante 90.31 habent 91.2, quid 1°. Gradus unus habet $\frac{91.\ 2}{90.31}$, in inferiori $\frac{88.58}{89.29}$. Si gradui uni competunt haec, quid scrupulis 10′ (sunt enim 9′48″).

Sequitur $\frac{14.49\frac{2}{3}}{89.29}$ quando haec scrupula sunt in veloci quadrante.

Jam BDC olim fuit 1.11.30. Ergo BDF 35′45″. Igitur HBD 9°35′45. Habet ergo gradus unus $\frac{91.11.30}{90.35.45}$, in inferiori quadrante, gradus unus $\frac{88.48.30}{89.24.15}$.

Si uni gradui debentur $\frac{91.11.30}{90.35.45}$ scrupulis decem debebuntur $\frac{15.11.55}{90.35.45}$ quando haec scrupula sunt in tardo quadrante. Si 90.35.45 fit 60, quid 15.11.55 {...} 10′4″. Et si 89.29 dat 60, quid 14.49.40 {...} 9′55″.

Differentia temporis 9″ circiter unus diei
$\frac{24}{3'36''}$

Si fuissent 18″ diei suffecisset. Benè, nam in altero quadrante tantum .... Perpende autem quod alia 18″ accedunt, propterea quia et quod tardum fuit, nunc celere est.

In hac computatione praesupposui planetam in superiori quadrante omnibus punctis aequalis esse celeritatis. Id quamvis verum non sit, tamen penè eodem recidit. Item in hoc quidem arcu 10 minutorum pene insensibili portione celerior est, cum is est infra, quam cum supra. Nam eo loco eccentrici est ubi insensibiliter variatur celeritas. Sed perpendendum vicissim, quod in majori eccentricitate circa apogaeum magis sit tardus quam in minori, et quod ille semicirculus tarditatis illic major est, quam hic.

